

9144. f. Jur.
052
4

Dissertatio

DE

APPELLATIONIBUS, AD HODIERNAM IMPERII Romani faciem accommodata.

Quam,

COADIUVANTE DIVINA GRATIA:

Accedente Incliti Jurisconsultorum
Collegij Consensu:


PRÆSIDE;

Nobili, Amplissimo, Consultissimoq;
Viro:

Dn. JOH. HARPPRECHTO,
I.C. CLARISSIMO: ILLUSTRIS UNI-
versitatis Tubingensis Antecessore cele-
berrimo: Dn. Fautore & Præceptore suo plu-
rimū observando:

Ad diem 6. Maij,

Publica & placida disquisitioni subiicit
G E O R G. D A N I E L Schautank/
Gießå Hassus.



T V B I N G AE,

Apud THEODORICUM WERLIN, Anno 1625.





AUSPICE, QUO NIHIL EST
infelix: Auspice Christo.

PRO O E M I U M.

QUAM frequens, quamque necessarius sit *APPELLANDI* usus, nemo (teste Ulpiano, in l... in pr. ff. de *appellationib. & relationib.*) est, qui nesciat: quippe cum iniuriam judicantium, vel imperitiam corrigat. Et meritò. Si enim judices inferiores sententias suas nullius retractationi scirent obnoxias: quam sèpissimè iniurissimum suum pro lege obtruderent arbitrium, & iniustissima sua placita vellèt haberi pro justissimis. De hoc igitur saluberrimo *APPELLATIONIS* remedio (quod non illepidè Theriaca contra male judicantium venenum est indigitatum, à Ruttgero Ruland. in tr. de commiss. p. 1. lib.

s. c. 13. n. 1.) pro ratione instituti nostri, cum DEO acturis, omni aliâ ejus omis-
sâ significatione, sic illam describere
lubet.

CONCLUSIO I.

APPELLATIO est, à ju-
dice minore ad maiorem, ratione grava-
minis, facta provocatio seu querela. *l. prae-
fecti. 17 ff. de minor. l. 1. pr. & S. pen. ff. de ap-
pell. & relat. c. cùm speciali. 61. ext. eod. Ros-
bach. in process. iudic. tit. 73. n. 1. Schuvarz.
process. iud. lib. 3. act. 2. c. 1. n. 2. Marant. in specul. de ord. iude-
cior. part. 6. tit. de appell. n. 1. Paulò aliter eam definiunt
VVesemb. in parat. ff. tit. de appellat. n. 3. & Treutl. vol. 2. dis-
p. ult. thes. 1.*

II. Eaqué duplex est: una judicialis: altera extra-
judicialis. Rosbach. d. tit. n. 3. VVesemb. n. 5. in parat. ff. d. tit.
Quarum illa à sententiâ interponitur, vel definitivâ, vel
niterlocutoriâ. tot. tit. ff. & C. & extrâ. & Clem. de appell. ubi
communiser Dd. hæc vero ab actibus & decretis extraju-
dicialibus. o. bona memoria. 51. ext. eod. c. concertationi. 3. eod.
tit. in 6. Treutl. d. vol. 2. dis. ult. thes. 1. lit. m.

III. Appellare autem quis potest vel suo, vel
**ALIENO nomine. lab. executore. 4. S. fin. l. iudic. 27. ff. de
appellation. & relat. Nobilis & Amplissimus Dn. Praes, Fautor
& Praceps or aeternum honorandus, in tract. de proces. iud. de-
cad. 18. conclus. 2. lit. d. Treutl. d. vol. 2. dis. ult. ih. 2. lit. d. & e.**

IV. Suo nomine appellare regulariter potest
quivis, sententiâ judicis iniquè vel imperitè latâ grava-
tus,

tus, l. i. ff. de appellat. l. 30. C. eod. can. 2. & 3. caus. 2. q. 6. Reichsabschid zu Regenspurg. de Anno 1532. §. nach dem auch etliche Stände. Ordin. Camera, part. 2. tit. 28. in pr. ibi, einem jedem Theil / der sich mit den gesprochenen Urtheiln beschwert befindt/ rc. Gilhavf. arbor. iud. civil. de appellat. n. 10. Covarr. pract. quæst. 23. n. 4. Haud verò requiritur, ut quispiam reverâ gravatus sit; sed sufficit, si probabilitet se gravatum opinetur. can. si quis putaveris. 6. & c. quæst. 15. caus. 2. q. 6. Unde in dubio appellatione defendum esse, communiter obtinuit, arg. l. cùm prætor. 12. ff. de iudic. l. mutu. 43. §. i. ff. de procuratorib. & l. sciendus. 6. ff. de appellat. recipiend. Bartol. in l. unic. ff. nihil innovari appellatio-
ne interpos.

V. Nec hinc exclusum volo excommunicatum. Et quidem de excommunicato excommunicatione minori, eum scilicet appellare posse, non est dubium, propter c. ult. ext. de Clerico excommunicato. Sed nec maiori excommunicatum, omnino relegandum eenso, tam ab ipsâ licet appellat excommunicationis sententiâ; cùm nullibi prohibitus inveniatur, quam ab aliâ. Etsi enim legitimam personam standi in judicio non habeat: hoc tamen intelligendum est, quatenus alium convenire desiderat; non item, cùm ab alio convenitur: alias quippe ex suâ lucrum consequeretur malitiâ, & alter sine suâ culpâ sentiret damnum. Hoc igitur casu in judicio per alium respondere, c. intellectu. 7. ext. de iudic. seseq; defendere potest. c. dilecti. 8. de except. Hancque sententiam tueretur expressè c. cùm inter. 5. d. tit. de except. Schenck pro gymnas. fori. lib. 2. ius. 15. n. 87. & 88. Amph. D. D. Hunn. Promotor ex Præceptor perpetuò observandus, in resol. Treutl. vol. 2. d. sp. ult. sh. 2. q. 8. Trenacquinus resol lib. 2. resol. 16. ius de appell. n. 4. Sigismund. Scaccia in tract. de appellat. quæst. 5. artic. 1. n. 5. & 5. q. 7. ubi plures citat.

V I. Bannitum quoque, qui ferè comparatur ex-communicato, non excludo. Quamvis enim agere non possit, nec ad agendum procuratorem constituere, (cùm etenim amiserit ea, quæ juris civilis sunt, l. 5. §. 1. ff. de pub. iud. l. sunt quidam, 17. §. 1. ff. de pæn. utique & actiones: cùm & hæ juris civilis esse dicantur. l. 2. §. deinde ex his legib. 6. ff. de orig. iur.) longè tamen alia ratio est in defensione, quæ jurisgentium & naturalis perhibetur. l. ut vix. 3. ff. de inst. & iur. l. 1. §. cùm arietes ff si qui ad rup. paup. fec. c. pastoralis. 2. §. ceterū defectus. de sentent. & re iud. in Clement. & aliâs agere prohibito non adimitur defensio. l. lib. 14. ff. de in iuri vocand. l. serv. 15. ff. de appellat. Et bannitum ad defendendum procuratorem posse constituerre, tradit Du.D. Hunn. in resol. Treut. vol. I. disp. 9. thes. 2. quest. 16. cùm per citationem legitimetur, ut nulla postea in judicio contra eius personam possit obijci exceptio: cùm invitus compareat, & in invitum de iuri judicium. l. in ser. 83. §. 1. ff. de verb. obligat. Si igitur defensio concedenda est: quidni & jus appellandi? c. cùm speciale. 61. §. porrò. extr. de appellacionib.

V II. Plures portò si sunt gravati; non opus est, ut omnes simul appellant. Nam unius litis consortis appellatio, (nominibus cæterorum etiam non expressis, Myns. cent. 2. obs. 66.) reliquis prodest, non secus, ac si ipsi appellâssent. l. si qui 10. §. fin. ff. de appellacionib & relatio- nib. l. 1. & 2. C. si unus ex plurib. appellaverit. c. una sententia. 72. ext. de appellat. Grav. Concl. pract. 126. Conf. 1. lib. Hart. Pistor. q. 47. p. 1. Gail. lib. 1. obs. 126. num. 3. etiam si sint correi criminales Hart. Pistor. d. quest. 47. n. 12. Iul. Clas. §. fin. q. 94. num. 4. non solum quoad executionis suspensi- nem, sed etiam quoad victoriæ emolumentum. d. l. 1. & 2. C. si unus ex pl. ut è contrario, si contra sententiam pro pluri-

pluribus latam appelleatur, atque unius solummodo libello appellatorio inferatur nomen, ad omnes extenditur. l.3. §.1. ff. de appellat. & relat. Quia non tam res appellanti est cum adversario, quam cum sententiâ, arg. l. 1. ff. d. sis. Hart. Pistor. d. quæst. 47. num. 9.

VIII. Ut autem appellatio unius, reliquis prostestoribus, requiritur: ut una eademque sit causa, eadem defensionis adminicula, conjunctimque unâ & eadem sint condemnati sententiâ. l. 10. §. fin. ff. de appellat. & relat. c. una. 72. ex. d. iii. Gail. d. observ. 126. n. 3. Saccia. in tract. de appellat. d. q. 5. n. 58. Farinac. quæst. crim. 101. n. 17. Hæc sane si adfuerint requisita; in tantum unius reliquis proderit appellatio, ut non obstat appellantis protestatio, se proprij solummodo interesse causa appellare, nec ulli prôdesse velle. l. si post mortem. 10. §. fin. ff. de b. 2. pos. cont. tab. Hoc enim legis commodum & beneficium est, nec ab appellantis dependet consensu: ac proinde istâ protestatione tolli invitò nequit. Hartman. Pistor. d. quæst. 47. num. II. Neque officiet transactio appellantis, postea cum adversario inita, quin consortes appellacionem prosequi possint; cum per istam appellationis interpositionem jus habeant quæsi. um, arg. l. factum. 155. ff. de reg. iur. Myns. conf. 8. dec. 1. num. 12. Hartman. Pistor. d. quæst. 47. num. 10.

IX. Quin nec adversario obstat, si post appellans renunciet (Namque consortibus non obstat, ex præcedentibus facile colligere est:) ut sc. si sua interesse putet, appellationem prosequi possit, arg. l. ult. in pr. C. de appellationib. c. 35. exs. eod. & c. 1. eod. in 6. My. sing. cent. 2. obf. 21. Gail. lib. 1. obf. 122. n. 3.

X. Hæc verò communio ratione beneficij huius non prodest, si consortes acquiescere velint sententiæ,

arg.

arg. l. non tantum. 6. ff. de appellat. & relationib. Hartm. Pistor. d. quæst. 47. n. 21. Gilhaus. arb. iud. ist. de appellat. n. 1L. Hocq; obtinet in causis civilibus: secus in criminalibus, arg. l. liber homo. 13. in princ. ff. ad L. Aquil. Ut neciūc isthęc communio proderit, si sententia contineat plura & diversa capitula, contra quæ non generaliter, sed in partibus se gravantibus quis appellārit consortium. Judex enim in primā instantiā latam sententiam pro parte confirmare, pro parte vero reformare potest. Hancque sententiam probant texsus in l. etiam si patre. 29. §. 1. ff. de minor. l. quadam mulier. 41. ff. fam. ercisc. c. Raynusius. 16. & c. Raynald. 18. ext. de testament Bender. de revis. concl. 19. n. 5. Zinzerl. de appell. concl. 15. Gail. lib. 1. obf. 110. per tot. Guido Papa de appell. q. 61. & Knich. de sax. non prov. iure. p. 373. n. 19. Plures fallentias vide apud Dd. & Hartm. Pistor. d. quæst. 47. n. 19. & aliquot seqg.

XI. Cæterū ad appellationem non requiritur, ut quis condemnatus ipse sit; sed sufficit, si sua int̄ sit, sententiam rescindi & everti: adeò, ut nullius in hac re opus ratihabitione sit interessenti seu intervenienti l. 4. §. 2. ff. de appell. & relas. l. 1. ff. de appellationib. recipiend. c. super. 15. de offic. & potest iud. deleg. c. cùm super. 17. de sent. & re indic. VVesemb. parat. h. n. 7. Gail. lib. 1. obf. 70. num. 4. & obf. 122. n. 5. Amplissimus Dn. D. Hunn. in resolut. Treutl. vol. 2. disp. ult. 3 hef. 2. q. 15. Is siquidem, qui suum persequitur interesse, propriam defendere causam videtur. l. l. 2. §. 1. & ult. ff. quando appellandum sit. Vant. de nullit. c. 4. num. 4.

XII. Ratione sui interesse qui principaliter appellare cupit, si intra decendum, à die scientiæ, appellationem interponere necesse habet. c. concertationi. 8. de appell. in 6. C. cùm super. 17. ext. de sent. & re iud. Gravans conclusio-

reclusion. pract. lib. I. conclus. 122. num. II. & 12. causis gravaminum nuncupatim additis. Dan. Venat. in analys. iur. Pon. sif. tit. 28. ibi, quae sit caus. eff. Gail. d. lib. I. obs. 122. n. 5. Idq; procedit, etiam si à sententiâ definitivâ, contra alium latâ, appelletur: tametsi aliâs in appellatione à definitivâ, causæ expression non requiratur. l. scio. 3. & ult. ff. de appellat. & relat. ibiꝝ Bartolus. Ratio differentiæ hæc redditur: quia ubi appellatio interponitur contra regulas juris; propter præsumptionem doli non aliter admittenda est, quam si expressâ causâ iustificetur. Sed appellatio tertij fit contra regulas juris: cum regulariter non liceat appellare à sententiâ inter alios latâ. Ergo absque causa expressione admitti non debet. l. à sententia. 5. in pr. ibi, nisi ex iusta causa. ff. eod. l. I. ff. de appellat. recip. c. Super eo. 15. ext. de offic. & pot. iud. deleg. can. non solent. 27. caus. 2. q. 6. Gail. d. lib. I. obs. 122. num. 5. Gilhaus. arb. iud. tit. de appell. n. 10. vers. tertium casus est, &c.

X III I. Diversus paulò casus hic est à superiori, quando videlicet quis non principaliter appellare desiderat, sed solummodo alterius adhærere appellationi, eamvē prosequi. Nam & hoc licere, palam est, et si am si is non appellârit. Eaque de re vide latiūs dissertantes Gaiilium d. l. I. obs. 122. num. 2. cum seqq. Mynsinger. cent. 2. obs. 21. Grævæum lib. I. conclusion. pract. conclus. 122. & Ludovicum Gilhausen. d. arb. iudic. tit. de appellat. num. 10.

X IV. Respectu autem sui interesse appellare potest Dominus, per procuratorem expertus, si procurator non appellârit. l. 4. §. 2. ff. de appellat. & relat. Cod. Fabrian. lib. 7. tit. 26. definit. 27. Creditor, si se sciente de pignore debitor egerit, & victus sit. l. sape. 63. ff. dere iudic. secus, si ignorantे creditore: tunc enim non præjudicat. d. l. 4. §. 4. ff. hoc tit. c. pen. ext. de sent. & re iud. Domell.

well. lib. 27. comm. de iur. civ. fol. 418. Reus principalis; quippe qui contrariâ mandati actione à fideiussore insummam solutam conveniri potest, ut & sumtus. l. 2. l. 6 mandatu. 45. §. si fideiussor. 61. ff. mand. Legatarius, si per collusionem pronunciatum, aut appellationi renunciatum sit. l. si suspecta. 29. in princ. ff. de inoff. test. l. 5. §. 1. & l. 14. in princ. ff. de appell. & relat. Idem, si citra collusione per iniuriam sit pronunciatum. l. si servus. 50. §. 1. ff. de leg. l. Quamvis jure novissimo legatarij nil intersit: cùm ex testamento, tám propter præteritionem, quam ex hereditationem invalido, legata debeantur. Novell. 115. c. 3. in fine. Ampliss. Dn. D. Hunn. resol. ad Trensil. vol. 1. disp. 13. sh. 7. q. 16. & 17. Sic & cùm de servitute fundi, duorum qui sit dominorum, agatur: uno condemnato, alter appellare poterit ratione sui interesse, arg. l. si communem. 10. in pr. ff. quem. serv. amittuntur.

XV. Emotor si de proprietate victimus est: eo cessanta, auctore eius appellare potest pro suo interesse: & è contra. l. 4. §. 3. ff. de appellat. & relat. l. 20. C. de Evict. Handed. cons. 25. vol. 1. Rafacorb. pract. for. c. 103. n. 62. Num verò emotor conventus & condemnatus, præcisè teneatur appellare, quæstionis est? Quod affirmandum duco, bonam si foveat causam, illudque certò sciat. arg. l. si bonam. 11. C. de administ. iur. vel curaz. l. si procuratorem. 8. §. quod & ad actionem. 8. ff. mand. Fachin. lib. 2. controversiar. iur. c. 39. vers. sed & an emptor. &c. sive auctor sit præsens, sive absens, sive sententia intimata ipsi sit, sive minùs, arg. l. si per imprudentiam. 51. in pr. ff. de Evict. & l. si cùm quæstio. 17. C. eod. secus, si dubitet, argumento. l. libera. 8. C. de sent, & inter. Lom. iud. multò minùs, si malam se fovere causam sciat, arg. l. Herennius. 63. §. Caia. 1. ff. de Evict. Cæterum appellationem interpositam emptor tenetur prosequi. d. l.

Herem-

Heresinium. §. ult. alias nullum de evictione haberet regressum; nisi obstaret paupertas. *d.l. si procuratorem. 8. §.* quod & ad. 8. *ff. mand. Sichard. ad l. empator. 8. C. de evictionib. n. 23.* ubi rationem diversitatis inter emptorem & procuratorem explicat. Tertius possessio, in quem translatā est res litigiosa, à sententiā, utpote quæ directo sibi præjudicat, ratione sui quoq; interesse appellare potest, & executionem impedire; quæ aliás in illum nullo novo daretur instituto processu, *Gail. lib. I. obs. 118. num. 2. & Grav. conclus. pract. 118. lib. I.*

XVI. Eâdem ratione appellat Dominus pro subditis sine mandato: modò considerabile eius vertatur præjudicium in istâ causa. Considerabile autem illud interesse est: veluti, si à Dominorum subditis indebitè exigantur collectæ: si in suorum Dominorum turbentur ac molestentur agriculturâ: si ad suggillationem Dominorum, ipsis inferatur injuria, *arg. l. vim facit. 11. ff. de vi, & de vi armat.* Si contra privilegium Dominorum, ad aliud evocentur tribunal; adeò, ut etiam si subditi comparerent, avocare Domini eos possent; & avocationi si non daretur locus, appellare: quemadmodum in talibus casibus à judicio Rottvilenſi ad Cameram ſepiſſimè appellari, tradit *Gail. lib. I. obſerv. 40. n. 3. cum seq. & obs. 125. n. 3. & 4. Gravans lib. I. concl. pract. conclus. 125. per tot. Rosenthal. in tract. totius iur. feud. c. 9. memb. I. conclus. 23. n. 13. & seqq.*

XVII. Episcopus quoque, Abbas, Senior, Civitas, pro Clerico, Monacho, Vasallo, Cive, appellantes audiuntur sine mandato. *Guido Papa. de appell. n. 24. & decis. 464. Gail lib. I. obs. 125. n. 6. Scacc. de appell. q. 5. n. 63. Clariss. Dm. D. Hunnius resol. Treutl. vol. 2. disp. ult. theſ. 2. quæſt. 21. & è converso subditi pro Domino, Vasallus pro seniore, si*

de jure agatur subiectionis, & vasallagij in judicio, appellare possunt. Rosenth. de feud. d. c. 9, memb. 1. concl. 24. Consultiss. Dn. D. Besold. Praeceptor honorandus de appell. c. 5. n. 19. ut & victo vasallo, agnati provocabunt. Sententia enim contra vasallum, feudi possessorem, lata agnatis, etiam non citatis, nec notitiam habentibus, nocet. Hancque sententiam veriorem (quamvis contrariam dicat cerebriorem) sequitur Fachineus. lib. 7, controvers. iur. cap. 103.

XVIII. Maritum pro uxore ratione interesse, appellare posse, docent Dd. Bartol. & Bald. in l. maritus. 21. C. de procuratorib. Et quidem in bonis dotalibus & paraphernalibus sine mandato, & cautione rati. l. doce. 9. C. de rei vindicat. l. fin. C. de patris convent. &c. in bonis vero receptitijs sine mandato, at cum cautione de rato. Gail. lib. 1. obs. 133. Myns. cent. 3. obs. 53. Gravam lib. 1, conclusion. praedicar. conclus. 133. num. 5. & 7.

XIX. Econtra vero mulier pro marito appellare nequit, arg. l. quia absente. 4. C. de procuras. Gail. d. lib. 1. observ. 133. n. 8. nisi pro libertate mariti agere, & appellare velit. l. 3. ff. de liber. causa. Hinc uxor in Camera Imperiali pro captivo marito liberando admittitur: cum carcer species quædam servitutis esse videatur. l. nihil. 2. ff. de lib. hom. exhib. Amplissimus Dn. D. Hunnius, promotor & Praeceptor observand. in resol. Treusl. vol. 2. thes. 2. q. 17. disp. ult. Schurff. cons. 98. n. 3. cent. 3. Gail. d. obs. 133. n. 10.

X X. A L I E N O nomine appellare possunt & tenentur tutores & curatores, nomine pupillorum & minorum. l. 1. §. tutores. 13. ff. quand. appell. l. 2. ff. si tutor vel curas. magistratus creatus appellaverit. l. fusti. 6. §. 2. ff. de his, qui not. infam. novell. 23. c. 1. Nobilis & Amplissimus Dn. Praes, in tract. de process. ind. decad. 18. conclus. 2. lit. d. n. 4. Quod si non

Si non fecerint: tutelæ & curæ conveniri possunt a ctione.
I. si bonam. II. C. de administrati iur. modò bonam fo-
veant causam. d.l. II. cùm aliás appellare non teneantur.
Interpositam quoque appellationem tutelâ nondum
finitâ, & rationibus nondum redditis, prosequi tenen-
tur. I. iusor. 27. ff. b. d. l. 2. ff. si iur. vel cur. magistrat. creat. app.
ut & heredes eorum. dd. II. Gilhans. arb. ind. tit. de appellat.
n. 14. in tantum, ut usuras medij temporis solvere co-
gantur, si litem diu protraxerint. I. iutor. 41. in princ. ff. de
usur. I. ult. ff. de re indic. Maiori autem facto adolescenti,
vel veniam ætatis impetranti, litem si prosequi velit,
permittitur; ad exemplum Domini litis, qui causam per
procuratorem interpositam, eo absente, ipse met exequi
potest, I. Dominus. 9. & I. seq. C. hoc iur. I. ult. in fin. ff. cod.

XXI. Procuratores item appellare possunt, & te-
nentur. I. Lucius. 18. ff. de appellat. & relat. I. dominus. 9. C.
cod. I. 2. C. de procur. I. I. ff. an per alium caus. appell. I. in vitu.
17. C. de procurat. sive generaliter ad omnes sint constitu-
tilites sive ad unam causam. d. leg. 17. C. d. tit. & d. l. I. ff. an
per alium causa. &c. cap. penult. ext. de procurat. Quòd si non
appellârunt, nec domino mature denunciârunt: actione
mandati & ad interesse conveniri possunt, I. si procura-
torem. 8. §. 8. ff. mand. d. c. penult. de procur. etiam si Domi-
nus aliunde eos succubuisse, compertum habeat, arg. d.
c. pen. & d. l. 9. C. de appellat. Ampliss. Dn. D. Hunn. in reoluto
ad Trewl. vol. 2. d. sp. 33. lib. 2. quæst. 12.

XXII. Interpositam porro appellationem num
prosequi illi teneantur, disquirendum erit? Et quamvis
receptior sit Doctorum opinio; procuratores institu-
tam appellationem prosequi non teneri. Bartol. Bald. Ia-
son. & Sichard. in I. in vitu. 17. C. de procuratorib. Gail. I. 1. obf.
139. n. 11. VVurmbser. lib. I. practicar. obseru. tit. 5. obf. 9. Eman.

Soarez in thesaur. recept. sent. in lis. P. n. 301. & seq. veriorem tamen ego putarem de jure civili esse sententiam contrariam, nititum procuratores victos non modò appellare, sed etiam appellationem interpositam prosequi debere & teneri, arg. d. l. *invitus*. 17. C. de procuratorib. l. 2. ff. an per alium causa appellat. reddi poss. l. se procuratorem. 8. §. quod & actionem. vers. igitur. ff. mandati. *Donell. lib. 18. commentar. de iur. civ. c. 16. p. 235. cum seq. Bronchorst. cent. 1. Miscell. iuri controvers. assert. 25. & Clariss. Dn. D. Hunn. d. resolut. ad Treutl. vol. 2. disp. ult. thes. 2. q. 14. pag. 616. & seq.*

XXIII. Ab horum vero classe relego procuratorem ad unum solummodò constitutum actum. Hic enim appellare nequit: cum uno concessio, videantur prohibita reliqua, arg. l. 12. ff. de iud. l. 5. in pr. ff. mand. l. mari-
tim. 21. C. de procuratorib. *Gail. lib. 1. obs. 139. n. 12.* Tametsi Ordinatione Cameræ hodie expressè prohibitum sit: ne ulla recipientur mandata, sive constitutiones procuratoræ, nisi ad totam causam dirigantur. *Cammer-Ger. Ordin. part. 3. tit. 12. vers. So viel dann für das Drittel i. Mynsinger. cent. 1. obs. 46.*

XXIV. Negotiorum etiam gestor, quamvis nequeat agere: sub cautione tamen judicatum solvi admittitur ad excipiendum: eoqué nomine condemnatus appellare potest. l. negotiorum gestor. 24. in princ. ff. de appella-
tis. & relat. l. liberato. 31. §. listem. 2. ff. de negot. gest. An amicus pro amico appellare possit, vide *Andream Gail. lib. 2. de pac. publ. c. 10. n. 27. & seq. VVurmibj. sit. 5. obser. 8. Rosb. pro- process. iud. tit. 14. n. 15. & 16. Tiraquellum in l. si unquam. 8. verb. suscepis liberos. num. 35. C. de revocand. donationib. & in tract. de paenit. temp. caus. 22. n. 34. & multis seqq. aliosq. ab ijs landasos.*

XXV. Nunc quinam appellare nequeant, vide-
bimus

simus. Et quidem appellare nequeunt, mediante pacto
huic appellandi beneficio qui renunciārunt. l. fin. §. ult.
C. de temp. & reparat. appell. l. pactum. 46. ff. de pact. l. i. &
penult. C. eod. Cammer Ger. Ordin. part. 2. iii. 28. §. vnd
dieweis. in verbu, es were dann. Hering. de fideius. part. 5 . c.
27. n. 60. Pet. Gregor. Commentar. lib. 5. c. 3. Gail. I. pract.
obs. 135. n. 10. Myns. I. obs. 14. modò voluntariè renun-
ciant, non coactè. l. 2. C. quorum appellat. non recip. l. 2. C. de
his, qui propter met. iudic. non appell. l. 1. & 6. ff. quod met. caus.
Nec hanc coactionem ulli Statuum Imperij conceden-
dam esse, sancitum est, Reichs Absch. zu Regenspurg / de
Anno 1531. §. nach dem auch etliche Stände. Ord. Cams.
part. 2. iii. 28. §. vnd dieweis bishero etliche Stände/ rc. in
tantum, ut si quis Statuum Imperij suos subditos sub
poenâ infamiæ, vel quâ aliâ, ad renunciationem, iura-
mento etiam roboratam, adegerit; ne à sententijs suis in
Dicasterijs latis appellarent; non obstante isto juramen-
to, liberum ipsi sad Cameram aditum nihilominus pa-
tere, nec hinc illos perjuroesse debere, provisum sit. d. t.
28. ibi. dieselbe als Meineydig zu straffen vnderstanden.
& ibi, ohne einige Verlezung ihrer Ehren fug vnd mache
haben sollen. &c.

X XV I. Idem in ijs statio, qui sine pacto ante sen-
tentiam se non provocaturos promiserunt, seu professi
sunt. l. i. §. si quis. 3. ff. à quib. appell. non licet. cum Dn. Nicol.
Vigilio. p. m. avo meo piè colendo. method. iur. Civil. c. 27. q. 2.
except. 25. & Ampliss. D. D. Hunn. Pracep. obseru. in resolut.
ad Treutl. vol. 2. disp. ult. th. 3. q. 23. Nec dissimile erit in eo,
qui sententiæ stare promisit. Nam & hisce verbis renu-
cationem factam, puto. Ea siquidem verba ad minimum
videntur operari tacitum pactum, eandemq; vim habe-
re, quam habent, cum quis promittit, se non provoca-
turum

turum; quibus tamen renunciatio inducitur. d.l. i. §. 3 ff.
 à quib. appellare non licet. Conditio enim, quam requirunt
 Dd., si subintelligi debet: *si sc. ins̄tē fueris pronunciatum si-
 ve indicatum: sanè nullus istorum verborum erit effectus.*
 Omnis quippe appellans iniquitatem judicis prætendit.
*Vide Scacciam in tract. de appellat. quast. 17. limisat. 2. num. 9.
 itemq. n. 73. & seqq.*

XXVII. Factâ verò appellationis renunciatione,
 non intelligitur renunciatum nullitatis remedio. Re-
 nunciationes enim strictè sunt intelligendæ. c. sanè. 7. ext.
 de renunc. arg. l. 99. ff. de verb. oblig. Giphian. de renunc. c. ult. in
 fin. Vans. in tract. de nullit. c. quis possit dicere de nullit. n. 35.
 cum seqq. Gail. lib. I. pract. obs. 135. Et cùm diversa hæc sint
 juris remedia, & ex diversâ orientia causâ; uno sublatto,
 non statim alterum sublatum erit. Vans. d. loco. Nec quo-
 que hæc renunciatione excluditur, de manifestè iniquâ
 sententiâ, querela: quoniam nullitati est compar. c. inter
 ceteras. 9. ext. de fent. & re indic. Clarissimus Dn. D. Besold. in
 Discurs. Inridico-Polis. de appellat. c. 6. n. 5. Nil porrò officit
 Appellant, cuicunque renunciârit remedio, quin Judi-
 cem syndicatū convenire possit, si iniquè ab illo sit
 condemnatus. Gail. I. pract. obs. 153. n. 2. ubi ex communi
 traditione Doctorum subiicit: sententiam iniquam,
 quoad Judicem, nunquam transire in rem judicatam.
 Ut & minorem semper restituendum esse, non obstante
 renunciatione, docet Ampliss. Dn. D. Besold. Praeceptor ho-
 norand. dict. loco.

XXVIII. Non inconvenienter hîc subjici quæ-
 stionem arbitror: An quis statuto excludi, & Appellatio
 tolli possit? Et quidem à superiore non recognoscente
 id fieri posse, extra dubium est: veluti arguunt privilegia
 Statibus Imperij quibusdam concessa: de quibus pluri-
 bus

bus in seqq. agemus. Cùm autem statutum plerunque à Doctoribus pro sanctione eorum, qui recognoscunt superiorē, sumatur: non puto illud fieri posse. Inferior enim in præjudicium superioris nil statuere, multò minùs illius jus tollere potest, arg. l. si confisterit. 4. C. fin. reg. l. 3. in pr. ff. de alien. ind. nos. c. venientes. 19. ext. de iure iurand. Nec obstat argumentum à pacto ad statutum: cùm diversa hīc sit ratio statuti & pacti. Pactum enim directè non tangit jus superioris: sed pacientes abdicant à se, quod est in eorum facultate. Appellatio etenim dicitur commune damnatorum auxilium. l. 3. §. 1. ff. remorat. hab. Favori igitur suo renunciare poterunt. l. pen. C. de pact. Nullus enim invitus beneficio uti cogitur. Vide Mynsin-gerus, cens. 1. obs. 14. Gail. lib. observ. 135. Everhard. in top. loc. à pacto ad legem & statutum. n. 9.

XXIX. Ulterius appellare prohibetur contumaciā verā & merā convictiā condemnati. l. ex consensu. 23. §. ult. ff. b. s. l. 1. l. abstinentia. 4. C. quor. appell. non recip. novell. 82. c. 5. Dn. Nicol. Vigel. p. m. Avus mas. m. colend. m. es. h. iuris civil. c. 27. q. 2. except. 27. & method. I. p. de appellat. q. 2. except. 24. idem methodo iuris contr. de appell. reg. l. except. 18. q. 1. Contra contumaciam enim clamant omnia jura; & frustrā implorat legis auxilium, qui contra eam committit. l. auxiliū. 37. in fin. ff. de minor. & Appellatio tantummodo in iuste oppressorum est remedium. l. 3. §. 1. ff. remorat. hab. Nobilis & Ampliss. Dn. Pras. Praeceptor honorand. in tract. de process. indic. decad. 18. th. 3. n. 4. Contumaces verò propriè hīc solummodo intelligendi sunt in non veniendo, propter contemptam judicis jurisdictionem. l. con- tumacia. 53. §. 1. ff. de re ind. Rauchb. quas. 14. n. 10. part. I. Rosbach. de process. indic. tit. 30. n. 34. & seq. Blarer ad l. dif- fāmari. §. C. de ingen. manuvis. c. 10. num. 5. cum aliquot

seqq. Et in tantum contumaces ab appellando repelluntur: ut, quamvis judex illorum deferat appellationi; ea tamen nulla sit. Schrader. tract. feud. part. 9. c. 7. num. 110. Cæterum ad declarandum contumacem necessaria erit partis in judicio præsentia & accusatio. l. properandum. 13. §. & siquidē. 2. ibi, ex una parte actoris absentia incusante. C. de indic. Quis a. verus, vel factus sit contumax, vide Nobilem Dn. D. Praesidens. d. tract. de process. ind. decad. 4. conclus. 2. n. 5. & Dn. D. Besold. in discursu iuridico-polisi. de appellat. c. 6. n. 28. & seqq. Alia sane est ratio illius, cui in poenam non comparitionis, propter istam contumaciam perpetuum impositum est silentium. Licet enim verus contumax in non veniendo appellare nequeat: securus tamen est in contumace in non agendo, arg. l. fin. §. iussu. 1. ff. de appell. & relat. Blarer add. l. diffamari. c. 10. n. 21. Scaccia in tract. de appellat. quæst. 17. limitat. 3. num. 17. Haud siquidem is contemnit Judicis jurisdictionem: sed solummodo diffidit juri suo. Si tamen & de hujus expressè constet contemptu; veluti si se neque compariturum, neque causas diffamationis allegaturum dixerit; idem certè jus statuendum: cum eadem militet ratio, contemptus sc. judicis. Binder in Comment. de revisif. Conclus. 32. num. 14. cum seqq. & Dn. D. Besold. d. c. 6. n. 31. Et isthæc de propriâ contumaciâ procedunt.

XXX. Num vero procuratoris contumacia Dominio obster, questionis est? Et quanquam Domino procuratoris factum in ijs, quæ fiunt extra processum, velut quando poena indicitur. l. unic. §. 2. ff. si quis ius dic. non obtemper. Sichard. l. 3. C. de procur. non noceat: securus tamen est in ijs, quæ judicij processum concernunt, arg. l. si procurator. 10. C. de procuratorib. quippe cum procurator dominus sit litis factus, arg. l. I. C. de sent. & interl. om. inde.

Em. iud. c. i. §. 1. de procur. in 6. Nocebit igitur etiam quoad jus appellandi. *Vvurmbs. iis. 7. obs. 4. n. 5.* nisi Dominus seu principalis intra decennium appellari. *arg. l. 13. ff. de pact. Auth. hodie. C. de appellas.* Quod tamen nec Domino licet, si demonstretur, Dominum contumaciam seivisse, nec contradixisse. *c. i. in fin. ut lis. non conseſt. non procedatur, &c.* Idem dicendum erit, si procurator aut negligentiā, aut dolo malo, quo deciperet dominum, non appellari. *l. i. §. uts. ff. quando appelland. sit. d. l. si procurator. 10. C. de procuratorib. Dn. Pracep. Hannius in resolut. ad Treutl. vol. 2. disp. uts. q. 28.* Et haec quoad partem. A suo enim procuratore omnē damnum actione mandati dominus consequi potest. *d. l. si procurator. 10. C. de procurat. l. 46. §. 4. iunctā l. libet. 42. §. ea. 2. ff. eod. l. procuratorem. 11. l. à procuratore. 13. & l. in re mandatā. 21. C. mandati.* Sed si solven- do nō sit procurator; restitutionis beneficio Dominum non gaudere opinor, cum Dn. D. Hunnio, *d. q. 28. pag. 626. & seq.* Sibi enim imputet, cur talem elegerit. *arg. §. final. Instiſ. de societate. l. sed & s. 7. §. uts. ff. de instiſor. act. & l. cū mandatu. 23. in fin. ff. de minorib. nīſi intervenierit do- loſa cum adversario collusio. l. 3. §. 1. ff. de eo per quem factū erit, quo minūs quis in indic. ſit.* Quamvis mores hodierni beneficio restitutionis semper in illo caſu principalī ſue- currant, *arg. l. 12. in pr. ff. de furt. l. 13. in fin. C. de indic. & l. i. in fin. ibi, item ſi qua alia mihi iuſta caſa eſſe videbitur. ff. ex quib. caſi, maiores, &c.* Eamque ſententiam æquiorem & communiorem eſſe, docent Hartm. Pistor. lib. 1. q. 36. & Gail. lib. 1. obs. 45. n. 6. & obs. 139. n. 9. & obs. 143. n. 6.

X X X I. Sponte confessum & convictum ap- pellare non posse, probat *l. 2. C. quor. appell. non recip.* Et in tantum spontanea requiritur confessio, ut formidine tormentorum facta non noceat, *d. l. 2. C. d. 11. Zinzerl.*

in *Dissertat. de appell. concl. 36. lis. c.* Eequid verò conjunctim hæc requirantur, inter Dd. quæstionis esse video? Et causam criminalem quod attinet; in eâ sponte confessus, & apud acta auditus, non appellat. *arg. l.i. ff. de confess. c. Romana 3. §. si autem de appellat. in 6. c. cum speciali. 61. §. porrò d. tit. si modò de certo constet delicti corpore, l. lis. ff. de confess. l.i. §. Divit. 17. & §. si quis ulterò. 27. ff. de quaest. Fachin. lib. 1. contr. iur. cap. 28. Amplijs. Dn. Praecept. Bocer. tract. de tors. c. 3. n. 1. Et cur quæsto confessus appellaret: cùm sponte confessus non præsumatur mentiri. Zinzerling. d. concl. 36. lis. b. & appellatio suum in confessio non possit finem consequi, utpote quæ introducta est in præsidium innocentia, d. c. 61. §. porrò. ext. de appellat. At quæ innocentia in confessio?*

XXXII. Nec in causa civili confessus appellare debet. *l.i. ff. de confess. l. post remo. 51. ff. dere indic. Arum. disput. ult. shes. 17.* Nam & in hoc ratio d. c. 61. §. porrò. militat: & certi quoque juris est, à notorio non appellari. c. cum sit Romana. 5. §. fin. ext. de appellat. Sed anón hoc inducit confessio? Nec restitutionis huic impertirer beneficium. Non enim nisimiori in confitendo lapsu illud competit. Hucque pertinent c. *Consuluit. 14. & d. c. cum speciali. 61. ext. b. 2.* quibus probatur, iudicem in notorijs, non obstante appellatione, ad executionem procedere posse. In criminalibus tamen restituendum esse in confitendo lapsum, justam si alleget causam, statuit *Inl. Clar. §. fin. n. 1. q. 9. 4.* Illudq; verum videtur, modò simul non sit convictus. d.l. 2. C. *quor. appell. non recip.*

XXXIII. De evidenter & manifestè convicto idem affirmare placet, *can. fin. §. sunt etiam. caus. 2. quaest. 6.* Nam cur huic appellationem concederemus, & moratoria pateremur necesse ambages; cùm & anteà dictū, à no-

¶ notorio non dari appellationem? *Gisan. de appell. c. 6.* Et notorium omni probatione esse efficacius, tradit Pacian. *in tract. de probat. lib. I. c. II. n. 45.* adeò, ut evidenter convictus, nec confessus, torqueri non debeat, sed condemnari. Peinlich Halsgerichts Ordnung. art. 69. ibi. Ob er dann darüber nochmals nicht belehnen wolte/dass er doch als obficht/gnugsam überwiesen wäre/so soll er nicht desfalls weniger der überwiesenen Misserthat nach / ohne einige Peinliche Frag / verurtheilt werden. *Ampliss. Dn. Praecep. Boer. de tort. c. 3. n. 5.* Tametsi non ignorem: contrarium morem ubique fere vigere, ut convictus, nec confessus, non condemnetur: quemadmodum in specie de Saxo. Niā testis est *Daniel Mollerus lib. 4. semestr. 33. n. 3.*

XXXIV. Debitor quoque fiscalis manifestus appellare nequit. *I. abstinenda. 4. & I. fin. C. quor. appell. non recip.* dummodo fiscus agat de damno vitando: non itē de lucro captando: velut poenis pecuniarijs. *Marant. de appell. n. 300.* ut nec trino superatus judicio. *I. unic. C. ne licet in unā eadem q̄ caus. terriō provocare. &c. novell. 82. c. 5.* *Clement. I. de reiud. VVurmbs. pract. obs. I. tit. 24. obs. 30.* idq; propter præsumptionem justitiæ pro judicis sententiā. *Frider. Mind. lib. 2. de mandat. iudic. c. 27. n. 6. circa finem.* *Knich. de Sax. non prov. sur. p. 361.* Hoc verò intelligendum est: ut actori & reo singulis in unoquoque etiam capitulo duæ concedantur appellationes, notante *Speculat. h. tit. 5. 8.* semperque eum præfero, pro quo ultimo lata fuit sententia. Nullus enim aliâs appellationis ultimæ esset effectus. Hæc tamen trium conformitas sententiarum non obtinet in novo illato gravamine: vel si ex Actis de nullitate constet notoriè. Nam tūc appellabitur: illiusque (*ut docet Gabriel. de except. Concl. I.*) impediri debet *executio. Myrs. cens. 6. obs. 4. num. 4.* facta tamen non revocatur

revocatur. *Gabriel. d. loc. n. 4.* Planè novissimo Imperij Jure conformitas trium sententiarum non attenditur: ut notant *Myns. cent. 1. obs. 15. Gail. lib. 1. obs. 72. n. 3. Bend. de revis. concl. 27. n. 3.* & *Moller. lib. 1. c. 39.* Tametsi id improbet Petrus Frider. *d. lib. 2. c. 27. n. 6. ad finem.*

XXXV. An verò tam deferens jusjurandū, quām referens, appellare possit, controveritur? Et quidem de deferente, eum appellare non posse, minor videtur esse dubitatio. Crudele enim est, ei superesse provocationem, qui jusjurandum detulit, eiusque Judex securus est petitionem. *l. generaliter. 12. §. 3. C. de reb. cred. & iureiur. Borcholt. de iureiur. c. 9. n. 13.* Verùm de referente, si causa sic sit decisa, eum appellare posse, affirmat, post alios, *Sichard. in d. l. 12. §. 1. n. 3. C. dereb. credit. cùm deferre sit voluntatis: referre autem, necessitatis.* Dissentit *Fachin. lib. 1. contr. iur. c. 23.* Ut & semper appellare potest, cui à Judice ob defectum probationis, iuramentum est injunctum. *l. fin. §. 1. ff. de appellat. & relat.*

XXXVI. Sed à quibus Judicibus appellare licet, nunc videndum. Et sane appellare licet ab omnibus judicibus, tam ordinarijs, quām delegatis. *l. à Proconsulibus. 19. C. b. 1. can. omnis. 2. can. placuit. 8. can. 2. q. 6. c. cùm sive Romana. 5. ext. de appell. tam inferioribus, quām superioribus; modò superiorē se recognoscant. Nobilis Dn. Praefectus. de process. iud. Decad. 18. conclus. 4. n. 1. & 2.* Nulla enim Judicii per provocationem fit injuria. *l. in maioribus. 20. C. b. 1.* Et hæc quidem regulariter procedunt. A quibusdam enim appellate prohibemur. Vnde stultum esse illud admonere, à Principe sive Imperatore quem prohiberi appellare, ait *Vlpianus. l. 1. §. 1. ff. à quib. appell. non lic.* cùm is ipse sit, qui provocatur; nec maior in terris coiveniatur. *Amplissimus Dn. D. Liebenhal. Affinis honorand. Colleg.*

Colleg. Politic. exercit. 8. quæst. 6. Quamvis ab Imperatore ad Papam (utpote qui in illum potestatem habeat) appellari posse, serio Canonistæ statuant, Papæque Vassallum Imperatorem esse clamitent: at quæm verè, vide Dn. D. Liebenthal, d. loc. Exercit. 7. q. 2. & q. 3. Sed de eo hinc di/putandi locus non est. Sufficiat nobis Ordinatio Cam. pag. 3. tit. 51, ibi, daßlein theil weiter zu appellieren oder zu supplicieren macht haben soll. ubi in genere prohibitum est, appellare à Camerâ sive Imperatore. Et refertur notabilis sententia à Zinzerling. in *Dissertat. de appellat.* Concl. 59. ex Seidero; quæ pronunciata anno 1512. 20. Febr. Spiræ: ubi scilicet Rei, propter talam interpolatam appellationem, tanquam contemptores Cæsareæ Maiestatis (sic enim sonant verba: als zur Schmach/ Veracht / vnd verlesung Keyserl. Majestät Hochheit/ vnd zu abbruch verselben Majestät. i.e.) centum marcas auri puri solvere coacti sunt. Hocque extendendum est ad omnes, superiorem non recognoscentes, sive de facto, sive de jure. De eo enim iam inquirere nihil attinet: cum appellatio ad superiorem fieri debeat. l. i. §. 3. ff. de appellat. & relat.

XXXVII. Ab Imperatore male informato, ad eundem melius informandum an appellari possit; gravissima, & in Aulis potius Principum, quam Academijs ventilanda, est quæstio? Si quid tamen de haec, & alijs quibusdam subsequentibus quæstionibus, exercitij Academicj ergo, dicere licet; paucis de ijs agemus. Et quoad haec, negativam tuetur Gail. lib. 1. obs. ult. in fin. Ampliss. Dn. Bocer tract. de regal. c. 2. n. 242. Heig. quæst. illust. 10. n. 19. part. 1. ubi refert præjudicium de Capitularibus Argentinensibus: non tamen probat de jure. Affirmatiæ patrocinantur Treutl. vol. 2. d. ff. ult. thef. 4. lit. a. Nordermæ.

in Dis-

in Dissertat. de iure Principat. concl. 89. lis. c. & alij. Ego cum Amplissimo Dn. D. Liebenthal. Colleg. Polis. exerc. 8. q. 10. & Viro istidem Clarissimo, Dn. D. Rümelino, differ. 2. ad A. B. Carol. IV. Imp. part. 2. conclus. 18. circa fin. & conclus. 19. statuo: Si malè informatus sit Imperator, ad melius informandum competere remedium, at non debere dici appellationem regularem, sed irregularem, seu potius supplicationem. Et per hoc nil Cæsareæ decedit Majestati: cùm & ipse Dominus sæpè sententiam suam mutârit, ut indicat canon. non semper. 12. caus. 22. quæst. 4. Et ipsum Imperatorem Justinianum, si quid melius adinvenit, non puduisse sanctiones suas corrigere, docet novell. 22. in pr. & novell. 127. in princ. & c. 4.

XXXVIII. Non minoris momenti videtur esse quæstio: An scilicet ab Imperatore ad Status & Ordines Imperij possit appellari? Et licet potius tacendum, quam judicandum esset: libertate tamen Academicâ fretus, solius exercitij causâ, cum Dn. D. Rümelino, dict. *Dissertat. ad Aur. Bull. part. 2. coroll. 1.* negativam amplector sententiam. Appellatio enim fieri debet à minori ad maiorem. l. I. §. 3. ff. h. s. Iam verò non concedendum puto, Imperatorem Statibus Imperij esse inferiorem: cùm penes Imperatorem solum propriè loquendo summa Imperij Majestas resideat: ut vel hinc etiam vox MAIESTATIS in Germania nullibi, quam in aula Imperatoris audiatur. *Arvns. discurs. iur. publ. 7. p. 74. in fin.* adeò, ut nec Regibus in Imperij conventibus titulus MAIESTATIS, sed dignitatis Regiæ solum attribuatur. *Recess. Imperij Regensp. de Anno 1527. §. vnd. als die Wohlgeborene. ibi, Königliche Würden zu Böheim vñ Ungern.* Tum etiam Status subditi Imperatoris perhibentur, *in Recess. VVorw. de an. 1521. sub tit. Ordnung des Landesfridens/ impr. ibi,*

Ibi, enbieten allen vñ seden vñ deß heyl. Reichs vñ-
derthanen/ &c. Hinc & sub pœnâ illis mandat, ut suam ob-
servent constitutionem latam. d. recess. sub iii. Handha-
bung des Fridens. *ibi*, darumb beschlien wir bey verlust
aller Gnaden / privilegien, vnd Rechten / so iſt von vns
vnd dem heyl. Reich/ &c. Reformat. guter Policy zu Aug-
spurg / de anno 1530. sub iii. von theut zehren. §. vnd da-
mit. *ibi*, So gebieten wir allen Churfürsten/Fürsten/Prela-
tisen, &c. alles bey Peen zweyer March lötiges Goldts.
Atqui subditi non possunt esse majores imperante. Vide
Ampliss. Dn. D. Theodorum Reinking. tract. de regim. secular.
& *ecclesiast. lib. I. clas. 2. c. 2. & clas. 5. c. 9.*

XXXIX. A vicariorum quoque latis sententijs,
vacante Imperio, appellari nequit. Nam vel appellan-
dum esset ad Imperatorem, vel Cameram. Sed neque ad
Imperatorem ; quia à vicario non appellatur ad eum,
cuius est vicarius : cum unum idemque utriusque sit tri-
bunal. Ab uno autem ad idem non licet appellare tribu-
nal. c. non putamus. 2. de consuetud. in 6. l. I. & l. 2. C. de off. eius,
qui vic. alicuius iudicis vel praesid. obstat. l. I. §. 1. ff. qui, & à
quo appelles. *Scipio Gensiil. de iuris. lib. 2. c. 9.* Neque ad Ca-
meram : quia à vicarij sententiâ non appellatur, nisi ad
eum, ad quem appellaretur, si ipse , cuius vices gessit, ju-
dicasset. *Prackm. Conf. 4. n. 94. vol. 2.* Idem ergo supererit
remedium , contra sententiam Imperatoris dari soli-
tum : *de quo supra conclus. 37.*

XL. A Praefectis prætorio appellare non licuit
olim. l. unic. C. de sens. pref. prat. supplicationi tamen fuit
locus; quæ retractatio dicta fuit, *novell. 82. c. 12.* unde ex-
plicanda est d. l. unica. Crediderunt namque Principes;
eos, qui ob singularem industriam, exploratâ eorum fi-
de & grayitate, ad eius officij magnitudinem adhibentur,

non aliter judicaturos esse pro sapientia ac luce dignitatis suae, quam ipsi Principes judicarent. *l. un. §. I. ff. de off. pref. prat. Knich. de iure. serrit. I. c. I. n. 181.*

X L I. Eodem fere privilegio, quamvis & maiori, ornati fuerunt Electores Imperij. *Aur. Bull. Carol. IV. c. II. ibi, zu einem andern Gericht zu appellieren / sc. Quanquam & antea eo ipso usos esse, tradant Knichen. in Comment. de Saxon. non provoc. iur. verb. ius. cap. 2. num. 23. & seqq. pag. 329. & Heig. part. I. q. 10. n. 30.* Hoc autem de non appellando privilegio, propter non usum & desuetudinem, praeter Saxoniæ & Brandenburgensem Electorem, neminem gaudere, testes sunt Knich. *d. loc. verb. ius. c. 2. n. 223. Schurff. Cons. 29. n. 1. cent. 3. Buxtorf. in Dissertat. ad Aur. Bull. Concl. 94. lit. e. Dn. D. Besold. in Discurs. iuridico-polit. c. 2. n. 19. pag. 72. edis. 2.* Ut & ipsa testatum facit experientia: hofice duos Electores in viridi habere observantiâ suum privilegium. Nam ipsis denuò confirmatum est: & quidem Electori Saxoniæ à Ferdinando I. anno 1559. & ad totam Domum Saxoniam extensum. *Arum. Discurs. ad Aur. Bull. 5. concl. 15. Buxtorf. ibid. dict. loc. lit. c.* Brandenburgensi verò confirmatum est Electori à Rudolpho II. anno 1586. Quamvis reliqui Electores in eo adhuc privilegiati sint; ne ab ijs, nisi summa tot vel tot excedat florenos, appelletur: ut docent Dn. D. Rümelin. *Dissertat. 2. th. 2. part. 2. ad aur. Bull. Caroli IV. Imp. Paul. Matth. Wechner. 10m. 6. Symphorem. c. 1. & Daniel Otto in Dissertat. de iur. publ. c. II. pag. 363.* Noctamen privilegio & alijs Status Imperij fruuntur: veluti ab illustrissimis quoque Hassiæ Principibus appellari nequit, nisi summa excurrat 600. Rheinisch Gold Gulden: in reliquis priusquam appellationi deferatur, calumniæ iuramentum & cautio præstanda est: uti arguit privilegium

con-

concessum an. 1573. Mindan. lib. I. de Proces. tit. de privileg.
quor. Imp. Stat. pag. mihi 207.

XLII. Nec ab Archiducibus Austriæ appellatio
admittitur, propter privilegium Friderici I. indultum
anno 1166. & à Friderico II. confirmatum, anno 1245.
Gylman. tom. I. Symphorem. fol. 6. Goldast. tom. I. consilius Imperial. fol. 85. cum seqq. & in Rational. fol. 81. Knichen. d. comment. de Saxon. non provoc. iur. ad verb. iuu. c. 2. n. 36. p. 330.
Pariliter Burgundiæ & Lotharingiæ Duces, quia dunata-
xat quoad contributionem & securitatem publicam
Imperio addi&tū sunt: igitur in reliquis à Cameræ & Imperij jurisdictione immunes; adeoque in causis tam se-
cundæ, quam primæ instantiæ privilegiati censemuntur. Eä-
que de re videantur *VVehner. d. tom. 6. symphoren. c. 2. fol. 39.*
*cum aliquot seqq. Myssinger. cent. 5. obf. 58. n. 1. Gail. I. de pac. publ. c. II. D. Besold. d. Discurs. juridico polis. de appellas. c. 2. n. 19. p. 77. Petr. Frider. Mind. d. lib. I. de processib. in Cam. extra-
hend. ad fin. tit. de privilegijs quorundam Imperij Statuum. n. 3.*
eosq; laudans D. Rümelin. d. Dissertat. 2. ih. 4. Qui plures alios,
à quibus appellari nequit, diligenter recensent.

XLIII. Hæc tamen privilegia de non appellando,
ita exaudienda sunt, ut fallant in casu aperte protractæ
denegatæque justitiæ. Requiritur enim, daß das Recht
kundlich versagt. Ord. Cam. part. 2. tit. 1. in fin ibi, in Zeit
eines Monats/nach beschehenem ersuchen/zu Recht nicht
verholffen/oder ihr das Recht kundlich versagt/oder mit
geverden verzogen were. &c. *Aur. Bull. Carol. IV. c. II. §.*
*vnd sezen. ibi, so lang jhn ermelten Erzbischoffen gerich-
ten/ ic. Atque ad illud probandum semper exigitur, vel
publicum instrumentum, *Myss. cent. 2. obf. 74. Coler. de
process. execus. p. 1. c. 2. n. 19.* vel notorietas, *Myss. cent. 3. obf.
57.* non vero opus est ad docendum de negatâ vel pro-
tractâ*

traditâ justitiâ, sèpius requisitum esse Judicem. Nam unam requisitionem sufficere, docent Gail, lib. I. obs. 28. n. 5. Myns. cent. I. obs. 91. Zinzerl. de appell. conclus. 73. sub lit. b. arg. l. Tisla. 87. §. I. ff. de leg. 2. l. 32. §. I. ff. de usuris. clem. 2. de appell. c. Lothariss. 31. q. 21. Num porrò privilegium de nō appellando sit trahendum ad nullitatis querelam, expli- cant Thomas Michael, de iuris d. concl. 26. Gail. d. lib. I. obs. 135. n. 3. Myns. cent. 2. obs. 77. & 4. obs. 63. Buxtorf. in Dissertat. ad Aur. Bull. concl. 94 lit. d. Vans. de nullit. tit. quis poss. dicer. de null. n. 36. & D. Rümelin. d. Dissertat. 2. ad aur. Bull. sh. 15.

XLIV. Cùm Princeps quandoque (ut & hodie quivis, superiorem non recognoscens) judicem det, appellatione remotâ, l. I. §. interdum. 4. ff. à quib. appell. non lic. à quo quidem appellari non posse certum est: verùm, an appellatio solùm frivola & moratoria remota sit, an verò omnis, quæritur? Et omnem sublatam esse, puto, cum Mynsingero cent. I. obs. 3. Marani. b. I. n. 336. per cap. 5. de appell. in 6. exceptis tamen casibus singularibus, quos notat Glos. in c. pastoralis. 53. ad verb. expresse. ext. de appellat. Per moratorium enim sive frustratoriam appellatio- nem, aliás non debet impediri executio. d. c. pastoralis. 53. eod. nec opus fuisse, Ulpianum in d. l. I. §. 4. nulli con- cedere hanc potestatem, præter Principem, si de frivolis solùm clausula isthèc [appellatione remotâ] intelligenda esset. Ceterùm judice cum clausula istâ [appellatione remo- tâ] dato; non debet excludi omnis ad superiorem recur- sus ac supplicatio: & in specie revisionem dandam, tradit Gail. lib. I. obs. 135. n. 13. & Bender. de revis. Concl. 36. n. 27. Non etenim omnem admitt defensionem hæc clausula, sed duntaxat speciem. Knich. prædicto loco. pag. 348. n. 174. Enim verò illa clausula nō obstat tertio intervenienti pro suo interesse. c. super eo. 15. de off. & pot. ind. deleg. nec in

in causa obtinebit nullitatis, per notata Gailij dict. lib. 1. obs. 135. num. 7.

XLV. Judici cum clausulâ, appellatione remotâ, dato æquiparari potest Augustissimum Imperij Romani Prætorium Spirens, institutum à Maximiliano I. & Statibus Imperij Francofurti ad Moenum, Anno 1595. post Spiram translatum, anno 1555. quod Camera Imperialis vulgo indigitari consuevit. *Dn. D. Besoldus in Discursu iuridico-politico, de appell. n. 21. ed. 2.* Ab hoc enim nulla datur appellatio, nec supplicatio, Cammer Ger. Ordnung, part. 2. tit. 35. ibi, daß dem Keyserlichen Cammergerichts/ ohnverhindert einiger Restitution, Supplication, Advocation, oder anderer Suspension, vnd Auffschlag/ sein freyer strack er ohnverhindter Lauff gelassen / rc. item part. 3. tit. 51. Reichsabsch. zu Augsp. de Anno 1530. S. dieweil nun vnser Cammergericht. ibi, nicht appellirt werden soll / rc. Gail. lib. 1. obs. 153. n. 1. Ne tamen omnis querelandi præcidatur via; introductum est saluberrimum Revisionis remedium, si iniquè latâ sententiâ se quis putet gravatum. Cammergerichts Ordn. d part. 3. tit. 51. in fin. & tit. 53. in princ. ibi, mit fleiß zu revidiren vnd besichtigen / rc. Num verò à sententijs Revisorum interlocutorijs, detur appellatio ad Cæsarem & Status Imperij, declarant Bender. de Revis. concl. ult. n. 14. cum seqq. Gail. lib. 1. obs. ult. n. 6. & Gravam. concl. pract. lib. 1. concl. 155. n. 3. considerat. I

XLVI. Ab arbitris ecquid appellari possit, gravis est controversia? Ego ita definiendum eenseo: A Compromissarijs, vulgo Willfuhrliche Schiedsrichter dictis, appellari inequit. l. 1. Cod. dereceptis arbitr. &c. l. non distingueamus. 32. S. cum quidam. 14. ff. eod. Dn. Nicol. Vigel. p. m. avus mat. p. i. colend. Method. iur. Contr. except. 2. reg. 1. hoc isti. & method. iur. Poniif. lib. 2. c. 18. q. 2. reg. 1. eod. Suntenita

ex voluntate partium recepti : & sibi imputent, tales quod elegerint, & in eos compromiserint. *l. diem proferre.*
27. S. stari autem debet. 2. ff. de. recep. arb. l. societatem. 76. ff.
pro socio. Gail. lib. 1. obs. 1. n. 49. & obs. 149. n. 1. & obs. 150.
n. 8. Berlich. part. 1. concl. practic. concl. 35. n. 14. & 15. Myns.
cent. 4. obs. 68. n. 2. Exceptio tamen doli datur, si fordes
aut turpitudo manifesta appareat. d. l. 32. S. 14. ff. de recept.
arb. l. 3. Cod. eod. Cæterum ab arbitris, necessitate juris
electis, appellari potest. l. arbitro. 9. cum l. seq. ff. qui satisd.
l. ult. Cod. de judic. cùm hi nil aliud sint, quām judices.
VVurmbf. lib. 1. tit. 24. obs. 6. n. 1. Idemque de statutarijs di-
cendum puto: si scilicet statuto caveatur, ut coniuncti
in consanguineos compromittant. Myns. d. cens. 4. obs. 68.
VVurmbf. d. lib. 1. pract. obs. tit. 24. obs. 6. Pacian. lib. 2. de probat.
c. 45. n. 26. Ita quoque appellatur ab arbitris, de suspicio-
ne contra Judicem recusatum proposita cognoscenti-
bis. Sunt enim & hi juris arbitri, & ex necessitate legis
electi. l. apertissimi. 16. & l. ult. C. de iud. c. cùm speciali. 61. ext.
de appellat. Gail. d. lib. 1. obs. 13. n. 18.

XLVI I. Ab executoribus quoque sententiæ ap-
 pellari nequit. *l. 4. ff. de appell. l. 21. C. eod. c. novit. 43. ext. d.*
tit. Et merito. Sienim semper supereret appellatioonis
*remedium: quis judiciorum effectus; quis litium fu-
 rurus esset finis? Nam & suum finem judicia habere ne-
 cessere est. arg. l. 2. ff. de iur. & fact. ignor. Heig. quest. 10. n. 10.*
& 14. part. 1. Appellationi tamen datur locus, si modum
illi excedant. Tunc siquidem sententiæ executio dici
haud poterit. l. prohibitum. 5. vers. sunc enim. 5. C. de iur. fisci.
l. ab executione. 5. C. quorum appell. non recip.

X LVIII. Causas & negotia quod attinet: reci-
 piuntur appellaciones tam in causis maioribus, quām
 minoribus, *l. & in maioribus. 20. C. de appell.* etiam mini-
 mis

mis. d.l.20. cap. de appellat. II. ext. hoc tit. Illudque exposcit æquitas; rerumque flagitat æqualitas. Cur enim non tam Iro, quam Crœso, Justitiae forum pateret? cùm & Camera, quāvis totius Imperij Romano-Germanici sit dicasterium, omnibus pateat: nec minimas respuat causas. Gail.lib. I. obs. 123. n. 6. vers. tertio fallit. Licet hoc de viâ quarelē simplicis sit intelligendum. Nec causas hinc excludo feudales. Nam & in his appellare permittitur, c. I. §. ult. quo temp. mil. investitur. pes. deb. lib. I. tit. 22. in usib. feudor. VVesenb. de feud.c.17. n.15. Ioan. Fichard. tom. 2. cons. 13. num. 24. ubi hanc sententiam in Camerâ se patrocinando obtinuisse, scribit. Nec in causis matrimoniali- bus deneganda appellatio. c. lator. 7. & c. consanguinei. II. ext. de sent. & re iud. c. fraternitatis. de frigidis & malef. B. usq. de iure connub. par. I. de spons. c. 43. in fin. §. quando à talis sen- tientia. Frider. de proce/s lib. I. c. 10. n. 7. Amplijs. Dn. D. Kitzel Promotor & Praecep. m. suspiciend. synops. matrim. c. 10. theor. 30. lit. b. Ea tamen in Camerâ non recipitur propter memo- riale de an. 1570. Assessoribus Cameræ datum. Dn. D. Kitzel. d. c. 10. theor. 30. lit. c.

X LIX. Nec causas relego criminales: quoniam & in his regulariter appellari potest, l. non tantum. 6. ff. de appellat. & relat. l. eos. 6. §. super his. 3. l. minimè. 12. l. litiga- toribus. 14. l. addicatos. 29. C. h. 1. Rauchb. quest. illust. part. 2. q. 8. n. 45 Berlich part. I. concl. præct. 35. n. 31. Cùm enim in hisce maius vertatur præiudicium; cautiūs in ijs erit agen- dum. l. i. §. sed eis. §. ff. de Carb. ed. et. c. ubi periculum. 3. de electione, & electi potest. in 6. In quibusdam tamen criminibus gravioribus appellare prohibetur: velut, falsæ monetae. l. i. vers. appellandi. C. de falf. mon. raptus virginum. l. unic. in fine principij. C. de rapt. virg. latrocinijs, homicidij, maleficij, adulterij, & quibusdam alijs. l. 2. C. quor. appell.

non recip. l. 16. ff. h.s. l. 34. C. ad L. Iul. de adult. Nec generali Germaniae consuetudine omnino sublatam esse appellationem in criminalibus, puto. In Saxoniâ enim illam adhuc recipi, testis est Daniel Moller. lib. 4. semp. c. 33. n. 1. Hancque sententiam tuentur *Cothman. respons. 14. & 16. lib. 1. & Amplis. Dn. D. Bocer. in tract. de iuris d. c. 3. n. 84.*

L. Verum tamen est: in Camerali Judicio nullas recipi appellations in criminalibus causis, *So Leibstraff vff ihnen tragen / per Recessum Augustanum, de Anno 1530. §. item als jetzt etliche zeithero von Peinlichen Sachen/ ic. Ord. Cam. part. 2. tit. 28. §. Item nach dem auch/ ic. Gail.lib. 1. obs. 1. n. 28. & lib. 1. de pac. pub. c. 20. n. 36. Bend. de revis. concil. 33. n. 11.* Enimvero hoc fallit in quibusdam casibus: veluti, ratione principaliter intentatæ notoriae nullitatis, *Cammergerichts Ordn. d. part. 2. tit. 28. §. nach dem auch. ibi, daß in Peinlichen Sachen. Gail. d. lib. 1. obs. 1. n. 27. cum seq. Myns. cent. 4. obs. 41. n. 6. modò nullitas commissa sit contra æquitatem naturalem, d. p. 2. tit. 28. §. item, nach dem auch, in verbis, wider natürliche Vernunft vnd Billigkeit/ ic. ut & super merita competentiâ criminali, super quâ suo tempore Spiræ decretam esse citationem, se meminisse testatur Petrus Frider. de processibm. & c. lib. 1. c. 9. n. 5. Refert quoque Rutter. Ruland. de commis. part. 1. lib. 7. c. 3. n. 4. si ordinarius Judex criminalis facere negligat justitiam & differat processum; mandata sine clausulâ sub poenâ aliquot marcarum auri concedi in Camerâ Imperiali ad ordinarium criminalium Judicem. Plures fallentia peti possunt ex Fridero d. c. 9. n. 6. & seq.*

L. I. Notandum autem, quod diximus, in omnibus causis appellations recipi, intelligendum id esse; nisi cuidam concessâ sint privilegia de non appellando, in totum,

totum, vel intra certam summam. Sic & ad Cameram Imperialem non devolvebantur appellations olim, nisi summa ultra 50. esset aureos. Cam. Ger. Ordin. part. 2. tit. 28. §. vnd sonderlich sezen/ ic. Hæc verò summa in Comitijs, Spiræ An. 1570. habitis, extensa est usq; ad florenos 150. & tandem ad 300. florenos. Deputations Abschid de An. 1600. §. wie wol nuhn. vers. dero wegen dann/ ic. Quod de florenis Rhenensibus, qui singuli 15. bacos, aut 60. crueigeros valent, accipiendum esse, monet Mynsing. cent. 5. obs. 83. n. 1.

LII. Necesse igitur est, ut is, qui suam appellacionem ad Cameram devolutam cupit, disertis verbis exprimat: summam litigiosam ordinationi conformem esse. Gail. lib. 1. obs. 123. n. 1. Et cùm illud dubium est, per juramentum, ab appellante, vel eo defuncto ab eius herede præstandum, doceri debet: ut nimirum jurent, se potius tantâ carere velle summâ, quam ab interpositâ desistere appellatione. Cammer Ger. Ord. part. 2. tit. 28. §. vnd sonderlich/ vers. vnd wo ein/ ic. Myrs. cent. 4. obs. 40. Gail. d. l. 1. obs. 123. n. 7. Hocque si non fuerit factum; non recipitur appellatio, nullique decernuntur processus; & etiâsi decreti sint, ceu subreptitiè impetrati, abollentur. Cam. Ger. Ordin. d. tit. 28. §. vñ sonderlich sezen/ vers. So solicher Eyd / ic. Denais. de iur. Cam. tit. Appell. privil. §. 2. 4. 5. Hancque summæ non appellabilis exceptionem obijcere quis potest post punctum devolutionis, in quacunque etiam judicij parte; & à parte non oppositam Judex attendere tenetur. Mynsing. cent. 3. obs. 89. per Ord. Cam. pars. 2. tit. 28. d. §. vnd sonderlich/ ibi, daß sie nicht angenommen werden/ ic. Et perpetuò hanc exceptionem opponi posse, mirum non est; cùm sit nullitas, ex defectu jurisdictionis resultans; quæ sententiam

E ipso

ipso jure nullam reddit. l. i. §. 2. ff. quod quisq; iur. in altis. stat. l. i. C. de ped. iudicib. l. unic. C. qui pro sua iurud. indices dare, &c. Vant. de nullis. tit. de defect. ex iuridict. adeò, ut statuto non tollatur verbis generalibus, etiam si tollerentur aliae nullitates, per notata Mynsingeri, cent. 6. obseru. 5. & Gail. d. lib. 1. obs. 42. n. 13. & obs. 123. n. 3.

L III. Sed utrum summa Ordinationi conformis, & sic appellabilis sit, nec ne, petitio libelli, sive quantum petitum sit, non verò quantum debeatur, vel in primâ adjudicatum sit instantiâ, spectari debet. l. cùm quadâ. 19. §. 1. ff. de iuridict. Gail. d. obs. 123. n. 3. Quanquam novissimo Camerali jure, illud solum consideretur, teste Denaisio, in compendio iur. Cam. tit. 29. Appellationis summa. §. 8. in quantum quis se primâ gravatum & læsum deprehendat sententiâ. An porrò diversæ summæ conjungi, & census sive pensiones cessæ cum sorte principali, ad fundandam Camere jurisdictionem, cumulari possint, vide Consultissimum Dn. D. Besold. Praecept. honorandum, in Discursu iuridico-politico, de appellationib. c. 7. n. 2. Gail. d. lib. 1. obs. 123. n. 3. & Myns. cent. 5. obs. 83. n. 5.

L IV. Sanè ista summa non consideratur in causis injuriarum: cùm fama hominis omnium rerum preciosissima, & inæstimabilis sit. Cam. Ger. Ordin. part. 2. tit. 28. §. vnd sonderlich sezen. vers. doch sollen hierin / re. Gail. d. l. i. obs. 123. n. 4. Hoc tamen hodieq; abolitum videtur: cùm eadem fiat summæ computatio in his injuriarum causis, ad solam pecuniariam æstimationem, eamque certam intentatis, quæ alijs in negocijs: secus, si actor ad palinodiam egerit, vel summam nullam exprimens, eam arbitrio judicis definiendam reliquerit, Denais. d. tit. 29. §. 9. & 10. D. Besold. d. loc. pag. 207. Ut & hodierno more idem observatur in censibus, annuis redditibus,

ditibus, jurisdictionibus, alijs uero juribus incorporealibus:
cum ex publicâ Imperij lege certam acceperint estimationem, in Recess. Comit. Spirens. de anno 70. §. als wir das
auch aus. & Deputations Abschied. de anno 600. §.
Derowegen dañ. 16. Gail. d. obs. 123. n. 6. Nobilis Dn. D. Harp-
precht. Fautor & Praeceptor honorandus, in tract. de process. in-
dic. Decad. 18. conclus. 9. n. 3.

LV. A sententiâ definitivâ tantum appellari potest jure civili. l. quoniam. 21. C. hoc sit. l. apertissimi. 16. C. de iud. VV esenb. in parat. ff. h. t. n. 8. eaq; validâ, argum. tot. tit. ff.
qua sent. sine appell. resc. & t. sit. C. quand. prov. non est necess. Berlich. Concl. practicabil. part. 1. concl. 35. num. 40. non
verò interlocutoriâ. argum. l. 2. ff. de appellationib. recip.
l. 7. Cod. quorum appellat. non recip. l. 2. Cod. de Episc. and. Marani. hoc sit. num. 303. ea nisi gravamen irreparabile
contineat. d. l. 2. ff. de appellat. recip. Mynsing. 4. observ.
43. impr. Gail. l. obs. 129. Ord. Cam. part. 2. tit. 28. §. item, als
täglich/ ic. & periculum subsit, ne materia reparandi pe-
reat. Grav. concl. pract. 129. n. 5. lib. 1. quod exemplo tortu-
ræ probat Zanger. in tract. de tortur. c. 4. n. 3. Hinc quoque
à judice, brevior em assignante terminum ad edocendū
de exceptione, litis ingressum impediente, appellari posse,
respondit Fridericus Pruckm. cons. 49. n. 203. & seq.
Idem est in interlocutoriâ, vim definitivæ habente.
Nam & ab hac appellari posse constat. l. ait prator. 7. §. 2.
vers. permittitur. ff. de minor ib. Cam. Ger. Ord. d. p. vt. 2.
tit. 29. §. vnde so von bey Urtheil / die Krafft einer end-
Urtheil hetten / ic. & part. 3. tit. 31. §. vnde so ferim. & §.
seq. wo aber von einer end Urtheil / oder bey Urtheil / die
Krafft einer end Urtheil hett / ic. Planè jure Canonico
appellari potest ab interlocutoriâ indistinctè. c. ut debitus.
§ 9. c. 60. ext. h. s. c. I. & 3. vers. quod si objiciatur, h. sit. in 6.

Clem. s. eod. Fachin. i. cont. 80. Rosbach. de process. iud. tit. 730 n. 21. ut & à quovis gravamine, tām judiciali, quām extra-judiciali. d. c. 1. in pr. de appellationib. in 6. Frider. Mindan. lib. 2. demandat. iud. cap. 27. n. 9.

LVI. Vim autem definitivæ habere dicitur interlocutoria, quando per eam integrè non definitur causa principalis: sed per indirectum tangitur, & deciditur articulus, ad definitivam spectans. Rosbach. de process. iud. tit. 71. n. 6. Myns. cens. 3. obf. 88. Gail. lib. 1. obf. 130. n. 6. Veluti est sententia, quā quis prodigus declaratur. Vim enim definitivæ habere videtur: cūm principale tangat negotium. Haud tamen hinc consequi puto, nulli prodigo interdici bonis ipsa lege & jure, proprie l. 1. ff. de curat. furioso, & alijs, &c. l. 15. cui. 18. ff. qui test. facer. possunt. l. 5. ff. de acquir. vel omiss. hered. Ubi dicitur, lege bonis interdici. Iam autem lege solā illud fieri dicitur, ad quod nullum intervenit factum hominis. l. legissimos. 5. in pr. ff. de legitim. tutor. Vide Dn. D. Hunn. in resolut. ad Trenti. vol. I. disp. 6. th. 5. q. 36. pag. 387. & seqq. Plura de interlocutorijs qui scire aver, adeat Dn. D. Besoldum, Praecept. honorand. in Discursus iuridico-polit. de appell. c. 7. n. 6. & seqq.

LVII. Unicam hanc solum hic subjiciemus, & quidem questionem gravissimam: An scilicet in causis possessorijs detur appellatio? Affirmative vero adhærere suadet l. unica. C. si de momentanea possess. fuer. appell. ubi momentanea duntaxat possessionis causa excipitur: nec in ea admittitur appellatio: in reliquis ergo omnibus admitti debet. Et ratio exceptionis videtur consistere in eo, quod summarie & velut in momento expediri debat. l. momentaria. 8. C. unde vi. Quod secus fieret, admissa appellatione. Aliam adhuc exceptionis rationem pete ex Clarissimo Dn. D. Hunnio, Praeceptore meo suscipiendo,

in resol. ad Treusl. vol. 2. diff. ult. thes. 5. q. 39. pag. 650. ubi & hanc affirmativam defendit; idemq; esse de jure Canonicō statuit: cùm d. l. unica. inserta sit can. ei, qui. 38. §. si quis etiam ausū fuerit. caus. 2. q. 6. De stylo quoque Cameræ, nostriq; temporis judiciorum, si queratur: omnes appellationes, à quocunque plenario possessorio interpositæ, admittuntur: velut docent Gail. lib. 1. obs. 7. n. 7. Bender. in tract. de revis. concl. 35. n. 9. cum seqq. & Nobilit Dn. Praes. tract. de process. ind. Decad. 18. concl. 6. n. 7. Vide Welenbecium in paratil. ff. de appellationib⁹ & relationib⁹. num. 8.

LVIII. Ad extrajudicalem quod attinet appellationem; ne in hâc impingamus, eam dupliciter considerari, sciendum est. Aut enim ad partis implorationem sive instantiam, extra judicium quispiam gravatur: aut verò à Judice, tanquam parte, extrajudicialiter procedente molestatur. Huius igitur occasione opportunè movetur quæstio: An, si Princeps Imperij subditum suū extrajudicialiter gravarit, ad Cameram appellare possit subditus? Et respondendum erit: si gravatus fuit iste subditus à suo Principe, tanquam parte: velut, si negotium sibi cum Principe fuerit; isque extrajudicialiter processerit, & gravamen intulerit; tunc subditus non Cameram adire; sed, si vult, coram judicibus ordinatio-
nis (vermög der Auffråg) Principem convenire debet: ne fiat fraus privilegio primæ instantiæ. Et hoc modo exaudiendum est, quod dicitur, appellationem extrajudicalem nil aliud esse, quam ad causam provocationem, vimque conventionis habere. c. cùm sit Romana. 5. §. si ve-
rò ext. h. 1. Si verò gravatus sit subditus extrajudicialiter, ad partis implorationem, à suo Principe, tanquam à ju-
dice loci ordinario: Judex erit Camera; quæ, fatalibus

appellationis observatis, est adeunda, tanquam gravantis superior. Idquè latius declarant *Gail. lib. I. obser. 120.* *Gravam concl. pract. lib. I. concl. 120.* & *Dn. D. Befold. in Disc. iuridice-polis. de appell. c. 7. n. 12.*

LIX. Utrum tutor datus, tanquam ab extrajudiciali gravamine appellare possit, quæritur? Nego: sed excusationem ritè allegandam habet: quæ si fuerit repulsa, tūm demūm ad appellationis confugere potest remedium. *l. 13. ff. de excus. tut. l. I. §. 1. ff. quand. appell. VVesib. de excus. tut. n. 4. in parasitl.* Quamvis alia causa sit eorum, qui ad aliquod aliud munus vocantur, seu honorem. Aliter enim allegare non possunt causas suæ immunitatis, quam si appellationem statim interposuerint, *d. l. I. §. 2. ff. quand. appell. sit. &c.*

LX. Ad quem appelletur, cùm nunc agendum: observandum est, formam appellationis in eo consistere: ut à minore fiat ad maiorem. *arg. l. nam magistratus. 4. ff. de recept. arbitr. l. ille. 13. §. 4. ff. ad Sc. Trebell. can. inferior sedes. 4. distinct. 21.* Deserta igitur erit appellatio, cùm ex errore quis minorem adierit judicem. *l. I. §. si quis. 3. ff. h. 1. l. si per errorem. 15. ff. de iuried. Arum. disput. pend. ult. thef. 2.* Quin nec ad comparem Judicem referre appellationem oportet, *arg. l. iudicium. 58. ff. de indic. Novell. 23. cap. 4.* Uno proindè delinquentे ex pluribus condominiums: nō comparem, sed superiorem judicem habere, Surdum consuluisse *cons. 4. 7. refert Clarissimus Dn. D. Befold. d. Discurs. c. 4. n. 2.* Par etenim in parem non habet imperium. *d. l. nam magistratus. 4. ff. de recept. arbitr. & d. l. ille. 13. §. temporis. 4. ff. ad senatus cons. Trebell. c. innosuit. 20. vers. quamvis. in fin. ext. de electione & electi potest.* Sed & nec appellatio ab aliquo ad illum ipsum admittitur, *arg. d. l. ille. 13. §. 4. ibi. se cogere non poteris. ff. ad SC. Trebell. c. Romana. 3. in pr.*

pr. de appellat. in 6. Nam neq; imperare sibi, neq; se prohibere quisquam potest. l. penult. ff. de recept. arbitr.

L XI. Gradatim verò appellationem faciendam esse, sc. ad proximè & immediatè superiorem, probant textus *in c. dilecti. 66. ibi, gradatim fuerat appellandum. ext. b. tit. Novell. 17. c. 3. in fin. l. Imperatores. 21. ff. de appell. & relationib. nec non Ord. Cam. part. 2. tit. 29. in pr. ibi, et soll* Kein appellation an dem Keyserlichen Cammergericht angenommen werden / dienicht gradatim geschehen/ vnd die einen nähern Richter hat. *Grav. conclus. pract. lib. I. conclus. 119. confid. 1. n. 1. & seq. Nobilis Dn. Praes. in tract. de process. iud. Decad. 18. concl. 10. lit. a. Hart. Harm. pract. obs. 2. tit. 19. obs. 5. Ampliss. Dn. D. Iohan. Kitzelius. Promotor & Praeceptor suspiciendus. synops. Matrim. c. 10. theor. 30. lit. d. Cæterum appellatio, omisso medio, interposita non planè intercedit: sed ad medium superiorem remittitur. Qui enim ad maiorem provocat, ei error non nocet. l. 1. §. si quis. 3. l. Imperatores. 21. in pr. ff. b. tit. cum is ad medium, etiam superiorem, appellare voluisse censeatur. Grav. d. lib. II. concl. pract. Camera. d. concl. 119. n. 4. nisi malitiosè medium prætergressus sit. Grav. dict. loc. num. 5. cum g. laudans Dn. D. Besold. d. Discurs. de appell. c. 4. n. 13.*

L XII. Quod tamen fallit, consuetudine contrarium si sit inductum: ut, neglecto medio, provocetur ad superiorem. Nam tunc non gradatim appellatio fieri potest. *c. Romana. 3. §. ab Archidiaconu. b. t. in 6. Ut & jure Canonico, omisso quounque medio, recta ad Papam appellari potest. can. ad Romanam. 5. caus. 2. quast. 6. c. si duobus. 7. in pr. c. solicitudinem. 54. ext. hoc tit. Nec in aperte denegarâ, protractâ justitiâ gradatim appellandum est: non tamen recta Camera adiudicetur, sed proximè superior, per sexum expressum in Ordinas, Cam. part. 2. tit. 1. §. final.*

§. final. ibi, in welchem Fall dann der / dem das Recht also geweigerte oder verzogen / desselbigen Undergerichts nechste Obrigkeit / c. Item part. 2. s. 1. 26. in pr. ibi, das nechste Obrigkeit. &c. Mynsinger. cens. 1. obs. 67. Sed & tum, Judicem mediato præterito, ad superiorem transfilire licebit, quando ille ratione suspicionis, excommunicacionis, vel alias justas ob causas esset inhabilis, vel sponte ad superiorem controversiam remitteret. d. Ord. part. 2. s. 1. 29. in pr. ibi, oder sonst aus rechtmessigen Ursachen in der Sachen nicht Richter seyn könnte / oder wöllt. Vide Eberhardum Speckhan, cens. 2. quæst. iur. class. 4. quæst. 37. n. 4. & Gail. lib. 1. obs. 119. n. 2. vers. si aman index, &c. Dn. Nicol. Vigel. p. m. Avnum mas. perpetuo colend. Method. præct. obs. c. 17. reg. 3. except. 1.

LXIII. Singulari quoque quibusdam personis indulsum est privilegio; ut, omisso medio, ad Imperatorem, vel supremam Curiam rectâ appellare possint: veluti Studiosis, pupillis, orphanis, viduis, alijsque miserabilibus personis. l. usic. Cod. quand. Imper. int. pupill. vel vi- duas &c. arg. text. aush. habita. ibi, nostram laudem & protectionem omnimodo mereantur. C. ne filius pro Patre. &c. Rebuff. in suis privileg. Universitatum, &c. privileg. 164. §. fallit tamen, &c. D. Besold. d. Discurs. de appellat. c. 4. num. 14. pag. 147. & n. 17. pag. 154. edit. 2. Speckhan. d. cens. 2. clas. 4. q. 37. n. 4. Berlich. part. 1. conclus. practicabil. concl. 35. n. 79. & seq. Quod tamen Cameram non observare, tradit Gail. lib. 1. obs. 1. n. 40. vers. sed hoc in Camera, &c. Et hodie de causis viduarum, aliarumquæ personarum miserabilium, vi propriæ jurisdictionis, Status Imperij cognoscere, scribit Panmeister. de iurid. lib. 2. c. 8. n. 92. Plures fallentias vide apud praticatos Doctores, & Berlichium, part. 1. concl. præct. 35. n. 66. & seqq.

LXIV. Præterea tractandum erit, ad quem appelletur in causis feudalibus? Hac de quæstione licet variæ Doctorum sint sententiæ : ego tamen *cum Nobili & Ampliſ. Dn. Praſide, Praecept. obſeru. in tract. de proceſſ. in- diſcias. Decad. 18. concl. ult. n. 10.* statuo: si proximus sit superior, scil. Dominus mediatus; ut tum ad eum, tam à Paribus, quam à Domino; si vero non sit ibi proximus superior; tunc ad Dominum tribunalis, nempe ordinariū loci, cui & res subjecta est, appellatio dirigatur. Hancquè assertionem pleniū explicant *Mynſ. cent. 5. obſ. 5. & Rosensh. in tract. defend. c. 12. concl. 20. n. 3. & seqq.* De quæſtione deniq; illâ (ad quem à ſententiâ Ecclesiastici, in cauſa profanâ latâ, fit appellandum) vide *Mindan. lib. I. de proceſſ. &c. c. II. per ſol. & Ampliſ. Dn. D. Lieben- zhal. diſſert. de regim. Ecclesiast. in coroll. ut & de alijs quæſtioniibus praallegatos Dd. diſcūtia loca.* Omnia enim perſequi, non eſt noſtri inſtituti.

LXV. Nunc, quomodo interponi ritè debeat appellatio, videbimus. Interponi autem potest vel in continentia, vel ex intervallo, à definitivâ, vel ab interlocutoriâ, vim definitivâ habente: idq; si in continentia fit, apud acta vivâ voce fieri debet, judice adhuc pro tribunali ſedente: & quidē unico verbo fieri poterit, APPELLO, nullâ additâ appellationis cauſa. *I. 2. l. à ſententia. 5. ſ. fin. ff. de appell. & relationib. l. litigatoriibus. 14. C. cod. can. ult. in fin. cauſ. 2. q. 6. Ord. Cam. part. 2. tit. 29. ſ. vnd ſo von Beyvortheiln/ re. Speculas. tit. de appellas. ſ. qualifer. 6. in pr. & num. I. Mynſ. cent. 3. obſ. 15. Gail. lib. I. obſ. 130. n. 5.*

LXVI. Ex intervallo cùm appellatur: non niſi in scriptis, & quidem intra decendium (*de quo pōſt ih. 72. in fatali primo*) appellatio peragi debet. *I. eos, qui. 6. ſ. pen- duntur à Antib. hodie. C. h. s. Mynſ. d. obſ. 15.* Nec hīc cauſam ex-

primere, omnino est necesse; quamvis eam adiucere, utile sit; ut nimis Judex sciat, an appellationi deferre tenetur. *Roland. à Valle. consil. 43. n. 6. vol. 1. Ferrar. Mont. de appellat. c. 4. §. praterea. &c.* A tertio vero interveniente semper expressio causæ addenda est. *arg. l. 5. ff. h. 1. Gail. d. lib. 1. obs. 122. n. 5. vers. tertium casum, &c.* Plures istius conclusionis qui desiderat fallentias & limitationes, consultat *Dn. D. Bezdumein Discurs. iuridico-polit. de appellat. cap. 8. n. 3. p. 256. & seq.*

LXVII. Ab interlocutoriâ simplici, appellabilitamen, cum appellatur; ea semper in scriptis facienda est, & quidem cum speciali expressione gravaminis causæ: adeò, ut non sufficiat relatio ad acta; nisi, in quâ actorum parte illa continetur, specialiter addatur. Est etenim appellatio isthac ab interlocutoriâ ex ijsdem justificanda actis: nec hic illud axioma locum invenit: *Non deducta deducam, non probata probabo: Cam. Ger. Ordin. part. 2. tit. 29. §. Wo aber von andern Interlocutorien. Gail. lib. 1. obs. 130. n. 1. cum seqq. Myns. d. observ. 15. cent. 3. unoque est absolvenda contextu.* Si enim uno appelletur die; altero vero inferatur gravaminis causa: nulla erit appellatio, *arg. c. cordi. 1. de appell. in 6. Berlich. part. 1. concl. practicabil. concl. 35. n. 95.* Cum tamen hi appellandi modi jure positivo sint inducti: contrario jure, statuto nimis vel consuetudine, mutari tolliti possunt: hacque statuta & consuetudines in Camerâ admittuntur, per notata *Andrea Gail. d. obs. 130. n. 4. & Mys. cent. 1. obs. 66. & cent. 3. obs. 32.* modò deijs notoriè constet. Nam aliás debet observari jus commune; in tantum, ut si judex detulerit appellationi vivâ voce, quæ fieri debuit in scriptis; eâ delatione non obstante, illa corruat, utpote præscriptâ formâ non observatâ, *arg. l. cum h. 8. §. si prator. 17. ff. de trans-*

transact. l. Julianus. 9. §. 3. ff. ad exhibend. c. cùm dilecta. 22, §. fin. ext. de re script. Grav. concl. pract. lib. 1. concl. 119. in pr.

LXVIII. In scriptis autem appellatio fieri dicuntur, quando Libelli appellatotij conficiuntur, summae appellationis continentur: hoc est, quis appellat, & aduersus quem, & à quâ sententiâ. *l. 1. §. ult. ff. de appellat. & relat. ibid. VVesenbec. in paratil. n. 9.* Tametsi nomine adversatij omisso, appellatio non prescribatur. *l. 3. in pr. ff. eod.* Nec, à quâ sententia parte, quis appellat, expressa requiritur specificatio. *l. appellanti. 13. ff. d. tit.* ut nec judicis designatio; & quo minus erretur, provocatio fieri debet ad quemcunque competentem, nullo in specie nominato. Censetur enim ad immediate superiorem appellatum: cùm in generali sermone ordo juris inseritus reputetur. *l. qui Roma. 122. §. Seia. 5. ibid. Bartol. & Iason. ff. de verb. obligat. Ampl. s. Dn. Bocer. clafs. 6. disp. 34. th. 69.* Et praesentari possunt isti libelli judici tam in, quam extra judicium, *arg. c. 9. de appell. in 6. Mynsinger. cent. 2. obs. 12. Berlich. concl. pract. part. 1. concl. 35. n. 101.* etiam die feriata. *l. 1. C. deferys. Dn. D. Bocer. d. disp. 34. th. 60. lit. d.* Hinc sequitur: eum, qui dicit, APPELLO, & Actuario seu Notario materiam dat, ut describat, in scriptis non appellasse: sicut illud ipsum probature ex Recens. Imperij, de Anno 1594. *§. Gleicher Gestalt. Hartm. Hartm. tit. 19. de appell. obs. 4. Mynsinger. cent. 4. obs. 45.* Non tamen necesse est, ut appellans in libello seu schedulâ appellatoriâ clausulam illam addat [*in scriptis hisce appello*] ut pluribus edocet Gravæus *concl. pract. lib. 1. concl. 119. n. 35.*

LXIX. Et hoc, si judicis copia haberi possit, ita procedit. Quod si vero appellans judicis copiam habere nequeat, vel aditum eius justis de causis horreat: libellos appellatorios judici à quo, offerre non tenetur; sed publicè

eos proponere potest. l. cùm quidam. 7. ff. b. t. l. i. §. ad eum di. 9. ff. quando appelland. sit. l. 2. C. de his, qui per met. iud. non appellari. c. ult. ext. de appellat. Nisi judicis ad quem, ille copiam habere possit, ut tradit Mysf. cent. 2. obs. 2. Tunc enim huic offerendi sunt libelli appellatorij. l. i. §. si quis. 10. ff. quando appellandum sit.

LXX. Hic quoque appellandi mos Juri & usui hodierno conveniens est: ut si quis Judicis copiam habere nequeat, vel aditum eius sive conspectum probabiliter reformidet: is protestatione desuper publicè proposita, in præsentia virorum bonorum, vel Notarij causas appellationis exponat, l. ult. C. de his, qui per met. judic. non appell. d. c. ult. de appellat. Mysf. d. cent. 2. obs. 2. Maseard. vol. 1. concl. 116. n. 7. & seqq. Atque istam protestationem vim legitimæ obtinere appellationis, testatur Dn. D. Besoldus, in Discurs. iuridico-polit. de appell. c. 8. n. 4. p. 265. edit. 2. Sed & appellationes coram Notario & testibus interpositas, per totam Germaniam pro solenniter interpositis haberi, docent Gravans concl. pract. lib. 1. concl. 119. n. 47. Mysf. cent. 4. obs. 44. & Hart. Hartm. obs. 4. tit. de appellatione. Hæcque sententia confirmatur publicè Imperij latâ leg. Ord. Cam. pars. 2. tit. 29. §. Item so soll einem jeden/ rei Instrumentum autem super appellatione à Notario confectum, membraneum esse oportet. Reichs Absch. zu Cöln/ de Anno 1512. Ordnung zu Underrichtung der offenen Notarien. §. Item die Notarien, reni si aliud consuetudine receptum sit. Ea enim in Camerâ attenditur. Ord. Cam. pars. 1. tit. 13. in pr. & tit. 27. ibi, vnd Ländischen Ordnungen/ gewohnheiten/rei. Andr. Gail. lib. 1. obs. 119. n. 3. Illud quoq; hic addendum: quod Notarius, coram quo appellatio interponitur, schedulam appellatoriam instrumento, super appellationis actu à se conficiendo, inserere

Mere teneatur, ex recessu Imperij, Anno 1594. Denais. in sy-
nops. iur. Cameral. lit. A. rubr. appellatio coram Notario. num. 3.
Gravam. d. lib. 1. concl. 119. n. 36.

LXXI. Tempora appellationum quod attinet, hæc vulgò Fatalia dicuntur: eò, quòd eorum lapsus, ve-
luti quædam mors & interitus est appellationis. Sicut
enim mors hominem; ita lapsus illorum appellationem
extinguit: adeò, ut istam sic quasi desertam denuò regu-
lariter quis instituere nequeat. Duaren. ad sit. ff. quand. ap-
pell. sit, & intra quæ tempora. c. 9. Cuiac. in parat. C. de temp.
& reparati. appell. item ad sit. ff. de divers. tempor. prescripsi.
cap. 16. Calvin. in Lexic. iur. verb. fatalis dies. Clariss. D. Be-
sold. in discurs. de appellat. cap. 8. in pr. pag. 248. Marans. part.
6. de ord. indic. num. 221. Numerantur autem vulgò qua-
tuor. I. Fatale Interponendæ. II. Petendorum Apo-
stolorum. III. Introducendæ. IV. Prosequendæ seu
finienda appellationis. Vide Ruginell. in tract. de appellat. §.
10. glòs. 1. n. 4. Scacciam in tract. de appellat. q. 15. artic. 2. n. 12.
Gul. lib. 1. obs. 139. Gilhaugen. in arbor. indic. part. 3. cap. 8. n. 3.
Petrum Frider. Mindan lib. 1. de processib. c. 12. n. 6. & VVeseni-
beccum in parat. ff. quando appelland. sit. n. 2.

LX XII. Fatale interponendæ appellationis olim
fuit biduum in causa propriâ; in alienâ verò triduum;
l. quis suspectum. 20. §. 1. iunctâ l. 5. §. ult. ff. hoc sit. l. eos. 6. §.
gen. C. eod. l. 1. §. biduum. 5. §. quod in sententijs. 6. §. in pro-
pria. II. ff. quand. appell. sit. Quod sanè jure novissimo, ne
quis temerè ad saluberrimum appellationis confugeret
remedium, sed satis supereffet deliberandi temporis, ex-
tensus est ad decendum, Novell. 23. c. 1. ansh. hodie. C. de
appellas. & quidem continuum: currit siquidem de mo-
mento in momentum: in tantum, ut etiam feriæ solen-
ness includantur; adeoq; clapsò hoc tempore, regulariter

appellans non audiatur. l. i. C. de ferijs. l. 3. C. de dilat. R^{eg}ger. Ruland. in tract. de Commiss. part. 1. c. 13. lib. 5. Myns. cent. 2. obser. 2. cent. 3. obs. 11. & cent. 5. obs. 95. Gail. lib. 1. obs. 139. n. 5. Dn. Nicol. Vigel. p. m. A vnu mas. perpetim colend. Meth. obs. cammeral. c. 17. reg. 7. Idem meih sur. civil. c. 27. q. 5. reg. 1. Utile proinde est, ut Notarius instrumento diem & horam interpositæ appellationis addat. Gail. d. obs. 139. n. 5. Et quamvis aliâs computandum hoc tempus sit à die re-citatæ sententia. d. auth. hodie. & d. novell. 23. c. 1. can. ante-riorum. 25. §. & sancimus. cauf. 2. q. 6. Gail. d. loc. VVurmbs. 1. pract. obs. tit. 15. de appell. obs. 2. non tamen currit igno-ranti. l. 3. C. quom. & quand. index sent. proferre deb. c. con-certationi. 8. ext. de appell. in 6. Rosbach. in process. iudic. tit. de appellat. 73. n. 24. Myns. 2. obs. 12. Gail. d. obs. 139. n. 7. Con-sultiss. Dn. D. Bocer. cless. 6. Disp. 34. th. 70. lit. c. adeò qui-dem, ut non opus sit, probari ignorantiam ab eo, con-tra quem absentem lata est sententia. Fachin. lib. 1. contr. sur. civil. c. 51. nisi ciintimata, aut is personaliter citatus sit. Mascard. in tract. de probat. concl. 120. Dn. D. Besold. d. Discurs. de appellationib. cap. 8. n. 2. circa finem. pag. 255.

LXXXIII. Illud vero decendum quamvis à Judi-ce prorogari nequeat. Ord. Cam. part. 2. tit. 29. §. so sollen auch ibi, vnd derhalben kein Richter auff der Partheyen! &c. nec partium consensu, secundum Myns. cent. 2. obs. 68. & Gail. d. lib. 1. obs. 139. n. 6. ubi communem hanc esse opinio-nem testatur: non tamen currit in gravamine (utiloquuntur Dd.) successivo. Ioan. Andrea in c. dilectio. 29. ext. de rescript. Marant. part. 6. de ordine iudicior. n. 205. Gail. d. obs. 139. n. 13. Scacc. in tr. de appell. q. 12. n. 144. cum seqq. Ut nec tunc currit, cum sententia obscura est & dubia. Sufficit enim, si à tempore declarata vel confirmata sententia appelletur. arg. l. de astate. 11. §. nihil interest. 7. ff. de interrog.

in inro.

in iur. fac. Mindan. lib. 1. de processib. cap. 8. sect. 3. & 4. ubi protestari, vel in eventum appellare quem debere, utilius ac consultius esse, monet.

L XXIV. Ad secundum fatale petendorum apostolorum quod attinet: iij nihil aliud sunt, quam libelli seu literæ dimissoriæ, quas judex, à quo, tradit appellanti deferendas ad Judicem, *ad quem est appellatum*: in quibus provocatio continetur interposita: ut sic judex ad quem, ex illis de causæ negocio instrui possit. *l. unic. ff. de libel. dimiss. vulgo dicuntur Abschieds Brieff. Paul. Matthias VVehner, in libro singulari practicar. iuri observation. in lit. a. in verb. Abschieds Brieff.* Quotuplices verò sint, recenset Emericus à Rosbach *in proces. indiciar. tit. 7. n. 3. cum seqq. & Wehner iam allegat. loco.* Libellos autem istos dimissorios quis petere tenetur intra 30. dies. *c. ab eo. 6. de appellat. in 6.* (nisi judex breviorem constituerit terminum. *Clement. quamvis. 2. S. verūm. & S. quod si index. de appellat. Treutl. vol. 2. disp. ult. thef. 8. lit. f.*) à tempore latæ sententia computandos. *l. iudicibus. 24. C. h. t. c. ult. S. iudicibus. caus. 2. q. 6.* Et quanquam Amplissimo Domino Praeceptor, D. Boceroverius videtur, à die interpositæ appellationis triginta istos dies numerandos esse. *class. 6. disp. 34. thef. 80. sub. lit. b.* communior tamen est, usuq; receptior prior sententia, ut ipse Dn. D. Bocerus fateretur, *dicto loco, ex Myns. 4. obs. 36.* Petendi etiam sunt apostoli instanter & saepius, unoque contextu. *d. l. unic. S. 2. ff. de libell. dimissor. d. Clement. 2. in pr. hoc tit. Veluti hoc modo: Peto instanter, instantius & instantissime: Witt vnd Beger fleissig/ fleissiger vnd zum fleissigsten / re. Rosbach. d. process. indic. tit. 74. n. 12.* Jure sanè Catmerali apostolos petere, vel non petere, cuiquam liberum est. Cammer Gerichts Gründung, part. 2. tit. 30. ibi, soll einem jeden Appellantem

Appellantem frey stehen / nach gehaner Appellation apostolos
zubitten / oder nicht / c. Mys.cens. 4. obs. 36. in fin. Gail.lib.
1. obs. 139. n. 15. Quod & juri civili non videtur absolutum,
propter l. 6. §. ult. C. de appellat. Actorum tamen petitio
semper necessaria est. d. ord. part. 2. tit. 31. in pr. Ut & pleris-
que in judiciis Acta solūm petuntur & exhibentur ap-
pellanti, intermissā apostolorum mentione. Dn. D. Besold.
d. discurs. de appellat. c. 8. n. 7. pag. 270. Dn. D. Bocer. d. disput.
34. n. 82. Nil porrò oberit petenti recusatio dandorum
apostolorum. d. l. unic. in fin. ff. de libell. dimiss. & querela ipsi
eo nomine competit. l. s. appellationem. 31. C. h. tit. conte-
stationemque desuper intra 30. dies interponere, à ju-
dice apostolos sibi negatos esse, necesse habet, d. l. unic. §.
2. ff. de libell. dimissor. ibid. VVesenbec. in suis parasitl. num. 4.
Nihil præterea interest, si vedeneget judex expresè apo-
stolos, sive tacitè. Dn. D. Besold. d. cap. 8. n. 7. ad fin. Rosbach.
d. c. 74. n. 23. An verò in extrajudicialibus quoque peten-
di sint apostoli, vide Mys.cens. 3. obs. 11. & Scacciam in tract.
de appellat. quast. 13. n. 32.

L X V. Tertium nunc subsequitur fatale, in-
troducendæ scil. seu præsentandæ appellationis: quod
jure cùm non sit definitum communi, relinquitur arbi-
trio judicis, arg. l. 1. in fine ff. de iure deliber. Nam variatur
variatis circumstantijs personarum & locorum. l. 1. l. 2.
& l. ult. C. de temp. & reparat. appell. c. personas. 4. ext. h. tit.
Jure tamen Camerali appellatio intra sex menes, quo-
rum singuli contineant 30. dies, à tempore interposito
appellationis numerandos, introduci debet, & ante illo-
rum finem reproduci. Cammergerichts Ordnung. pars.
2. tit. 30. §. 1. & §. 4. vnd sollen in obgemelten fällen / &c.
Gilhaus. arb. ind. civil. h. s. part. 3. c. 8. n. 52. Mys.cens. 1. obs. 31.
Gail. lib. 1. obs. 140. n. 1. & seqq. alias deserta censetur. Ord.
Can. 5

Cam. d. part. 2. tit. 30. §. vnde also / re. Berlich. concl. præc. part. 1. concl. 35. n. 128. A judicibus verò Austregarum, vulgo der Aufträge / & in causa (polii), si ad Cameram provocatum sit: intra tres menses, à die interpositæ appellationis computandos, introduci appellatio deberet. *Cammergerichts Ordnung. part. 2. tit. 8. §. wo aber. & §. seq.* Planè, si antefex effluxos menses prorogatio sit petita: concedi ea potest à judge ad quem, ob casum scil. fortuitum, nimiam loci distantiam, alias tue justas causas. *d. Ord. Cam. part. 2. tit. 30. §.* würde aber durch den Richter / re. *Gail. d. lib. 1. obs. 140. n. 7.* Quod tamen judici à quo, denegari videtur: quamvis tempus istud, à lege Imperij definitum, minuere possit. *arg. cap. cum sit Romana. 5. ibid. gloss. in verb. recisus. ext. b. 1. Nobilis Dn. Praeses in tract. de processu iudic. Decad. 19. conclus. 4. n. 3. Gail. d. obs. 140. n. 2. & 3. Mys. cent. 3. obs. 15. & cent. 6. obs. 12. n. 5.* Num verò partium consensu, vel compromisso fatale introducendæ appellationis prorogari possit, consule Andream Gail. *obs. 140. n. 8.* itemque *Gravæum conclusion. practic. Cam. Imp. lib. 1. concl. 140. confid. 1.*

L X XVI. Ecquid appellatio deserta censi debeat, si terminus, à lege Imperij præstitutus introducendæ appellationi, desinat aut expiret in ferijs; ita ut ante finem termini introduci propter incidentes ferias nequeat, quæritur? Et quidem connumerandos esse feriato dies, juris arguit autoritas, l. 2. §. illud etiam. *C. de temp. & reparat appellat. l. 3. C. de dilas. & l. sedes. 26. §. si feria. 7. ff. ex quib. caus. maiores. &c.* Verum contrarium, ceu benigniorem, amplexos esse sententiam Dominos Camerales, tradit *Gail. lib. 1. obs. 140. n. 5. & 6.* Ac proinde in primâ post ferias audientiâ reproductive appellationis fieri potest, *Nobilis Dn. Praeses d. tract. de process. indic. Decad. 19.*

conclus. 4. n. 5. Addē Matthiam Berlichium *part. I. conclusion.*
practicabil. conclus. 35. n. 134. & seq; pag. 620. edit. ult. nee
 non Clarissimum Dn. D. Bocerum, clās. 6. *Disputat. 34. de*
appellationib. th. 104.

LXXVII. Ultimum fatale, prosequendæ sc. seu per-
 agendæ appellationis, regulariter est annus: qui à tem-
 pore interpositæ appellationis currere incipit; vel à die
 illati gravaminis, cùm à futuro appellatur gravamine.
Clem. sicut. 3. ibid. gloss. de appellat. *Gail. lib. I. obs. 141. in pr.*
& n. 1. Non tamen currit de momento in momentum:
 dies quippe interpositæ appellationis non consideratur.
Gail. d. obs. 141. n. 1. Elapsò verò hocanno, sententia se-
 mel lata executioni mandari debet, nisi justum allega-
 tur & probetur impedimentum. Tunc enim dandum
 est biennium: veluti cùm per judicem causâ protraha-
 tur; aut per vim casum & remaiorem. *I. ult. §. illud. 4. C. de*
temp. & reparat. appell. novell. 49. in pr. & c. 1. novell. 126.
c. 2. Clem. 3. de appell. *Fachin. lib. I. controv. iur. cap. 79. Grav.*
concl. practic. *lib. I. concl. 141. n. 5.* & seq. De impedimento
 tamen, termino durante, quem protestari, si ex perso-
 nâ appellantis provenit, utile est, non necessarium: se-
 cūs, si impedimentum ex personâ judicis proveniat.
Gail. lib. I. obs. 141. n. 9. cum seq. Myns. cent. 6. obs. 12, num. 7.
 Quanquam leges nullò casu videantur requirere pro-
 testationem: sed solummodo impedimenti allegatio-
 nem, eiusq; probationem. Tertium autem annum non
 dari, nisi interdum beneficio restitutionis, probatur *ang.*
c. ex ratione. 8. ext. dt appellat. & d. *I. ult. §. 4. C. de tempor.* &
reparat. appell. *Myns. cent. 3; obs. 15. n. 4.*

LXXVIII. Veruntamen hoc fatale prosequendæ seu
 finiendæ appellationis non observatur, si compromisso
 vel expresso partium consensu prorogatū sit. *Novell. 93.*

et i. autb. ssamen. & l. ult. §. ult. C. de temp. & reparat. appell. Clementi. quodam. 4. de appellat. Gail. lib. 1. obf. 141. n. 4. Tes-
saur. decis. 144. Hoc enim fieri potest etiam ultra bien-
num. tametsi tempus praesitutum prime instantia
prolongari nequeat a partibus. arg. l. properandum. 13. §. 1.
C. de iudic. Dn. D. Hunnius in resolut. Trent. vol. 1. disp. 12. th.
15. q. 53. pag. 950. & seq. ubi ratio diversitatis traditur.
Caterum minui hoc fatale propter justas causas, tam a
judice, quam appellante posse, constat ex c. cum sit Roma-
na. 5. in pr. & c. oblate. 57. verb. licet ex parte sit. ut & statuto
decurtari potest. Grav. concl. practic. lib. 1. concil. 141. n. 2.

LXXIX. Jus Camerale quantum concernit: cir-
ca ultimum hoc fatale sciendum est: illud propter mul-
titudinem caularum non attendi, veluti docent Gail. lib.
1. obf. 141. n. 7. Myn. cent. 2. obf. 48. & cent. 6. obf. 12. num. 6.
cum seq. Gilbav. arb. iudic. part. 3. c. 8. n. 80. Berlichim part. 1.
Concl. pract. 35. n. 141. Nobilis Dn. Praefatio tract. de pro-
cessu judic. Deced. 19. Conclus. 5. num. 6. Quod tamen ita
demum verum est: Sicoram inferioribus judicibus pro-
sequendae appellationis tempora ritè observata sint. Eo
non factò; appellatio, velut deserta, in Camerā non re-
cipitur. Gail. d. obf. 141. n. 8. per text. in Autb. ei. qui C. de
temp. & reparat. appell. Amplissimus Dn. Praef. Praeceptor
observandus. d. Decad. 19. conclus. 5. num. 7.

LXXX. Ad praecedentia hasce generales duas qua-
stiones adiucere placet. Quarum prima: an isthae fatalia
etiam pauperi, & sic in casu inopie currant? Et interpo-
nedæ appellationis fatalia quod attinet: ea pauperi non
currere, probabilius est, magnifici requirantur sumptus:
stante videlicet consuetudine seu statuto; nō aliter de-
bere appellari, quam in scriptis: quanquam & tunc, cùm
sive voca appellare cliser, majus tamen deliberandi tem-

pus si sibi pauper sumat, elapsio isto fatali, restitutio-
nalem beneficio gaudere debeat, per notata *Gally lib. I.*
obs. 142. n. 113. & 4. Mynsingeri cens. 4. obs. 97. & Gravai
lib. I. conclusion. practic. conclus. 142. num. 7. & seqq. De fata-
libus vero introducendae & finienda appellationis mi-
nus dubitatur: illa pauperi non praeterlabi; paupertateq;
excusare a tali desertione ipso jure. Illudq; in Camerâ
observari, testatur Gail. d. *obs. 142. in principio.* etiam si
culpa appellantis procurata esset paupertas idq; propter
æquitatem, ut tradit *Grav. d. loc. n. 4. & 5. Cæterum pau-*
pertatem protestando allegare quis jubetur, l. si procura-
torem. 8. S quod & ad actionem. 8. ff. mand. Nec enim a pro-
testatione paupertas excusat: nisi ea notoria existat. *An-*
ton. Tessaur. decis. 10. num. 5. Lancellot in tract. assent. part.
2. c. 12. ampliat. I. num. 56. Cornel. Benincas. de paupertate.
quest. 4. num. 22. hosq; laudans D. D. Besold. in Discurs. jur-
dicopolis. de appellat. cap. 10. num. 4.

LXXXI. Altera: an in causis feudalibus eadem
fatalia obtineantur? Quod affirmare placet, arg. c. I. *vers. strenum. de feudi cognitione. tit. I. lib. 2. fendor. Rosenth. tract.*
feudali. cap. 12. Conclus. 20. n. 14. Rittershus. lib. 2. partis.
feud. c. 10. q. 39. Cum enim hic casus jure feudali non sit
definitus; sequendum erit jus civile, d. *vers. strenum. &c.*
Vide quoq; *Mynsingerum, cens. 5. obs. 5. n. 5.* Ubi in Iu-
dicio Cameræ Imperialis ita in quadam causa pronun-
ciatum esse, refert. *Addit. Dn. D. Vigel. p.m. Avummencu-*
mat. meth. feud. c. 3. q. 3. reg. 33.

LXXXII. Tandem ordinis ratio requirit atque effla-
gitat, ut præcipuos appellationis subiiciamus effectus. Et
quidem I. Appellationis effectum quod attinet: judex
ritè interpositam appellationem admittere tenetur. *judici-*
bus. 24. C. hoc tit. Novell. 82. c. 12. Wesenbec, in parasit. ff. de
appellant.

appellat. & relat. num. 10. in tantum, ut etiam in dubio appellationi deferre, eamq; recipere cogatur. arg. l. cùm prætor. 12. ff. de judic. l. sciendum. 6. ff. de appell. recip. & monitum suprà sub conclus. 4. (exceptis tamen certis causis & casibus, de quibus in præcedentibus) aliâs punitur, & qui-dem jure civili 30. libr. auri. l. quoniam, 21. C. de appellatio-nib. jure autem Canonico arbitrariè. c. de priore. 31. ext. de appellat. can. qui scit. 13. ibi glossa super verb. condemnabitur. caus. 2. q. 6.


LXXXIII. II. Priorem, quoad præsentem causæ statū, appellatio extinguit sententiam : quoad futurum verò, suspendit tantum. *l. furii. 6. §. 1. ff. de his qui notant. infam. l. præcipimus. 32. §. haec si appellatio. 33. C. h. tit. l. intra 39. ff. de minorib. c. veniente s. 19. extr. de jure jur. c. 1. ex-tra. desent & re jud. Gail. lib. 1. obs. practic. 144. num. 2. Scaccia in tract. de appellat. q. 3. n. 82.* Èâ igitur pendente, nihil innovandum. *l. 3. & l. minime. 12. C. hoc sit. 101. iii. ff. nihil innovari appellat. interpos. & tot. iii. c. ut liti pendente, & c. c. non solu-m. 7. de appellatio-nib. in 6. Lancellos. in tract. de attenti. part. 2. c. 12. de attenti & innovati. appellat. pend. num. 75. & seqq. tom. 5. fol. 348. Clariss. D. Bi-sold. Discurs. juridico-polit. de appellat. c. 12. effect. 31 pag. 306. edit. 2. Clariss. item D. D. Bocer. Clas. 6. Disp. 34. de appellat. th. 76. pag. 771. ed. 2.*

LXXXIV. III. Causam appellatio reducit ad tem-pus litis cœtestatæ; nec alia opus est litis contestatione in secundâ instantiâ. *c. pertuas. 58. extr. hoc sit. lult. §. illud. 4. C. de temp. & reparationib. appell.* Aliter tamen quoad hoc disponit Ordinatio Cameræ, part. 3. 112. 32. §. Wo aber der Appellat. ibi. vnd liti zue contestieren schuldig seyn/ &c. Et ita etiam observari tradit Gail. lib. 1. obs. 76. Myss. cent. 1. obs. 1. in fine. & Rosbach in tract. de process. judiciar. sit. 49. n. 18.

LXXXV. IV. Effectus appellationis est: ut quod in priori instantiâ per Iudicem & Advocatos prætermisum est, in posteriori suppleatur, per vulgarem hanc clausulam: *Non deducta deducam, & nondū probata probabam.* Leo. si quis. 6. §. i. C. de appellat. Ampliſ. Dn. D. Kitzel. Præcept. abſtru. Synops. marim. c. 18. theor. 30. lit. a. modo istæ novæ assertiones non pertineant ad novum capitulum: sed ex prioribus oriuntur, & illis coniunctæ sint. l. per hanc. 4. C. de temp. & reparat. appell. c. fraternitatis. 17. extr. de testib. Cammerg. Ordin. part. 3. tit. 33. in princip. & ſo- im fallaber. ibi. noch weiter darihun vnd beweisen! &c. Nobili's. Dn. Praes in tract. de process. judic. De cad. 19. con- cluf. 3. n. 6. & 7. pag. 443. Hartman. Pistoris. lib. 4. quaſt. 23. Gail. lib. 1. obſ. 128. n. 7. & 8. Plures appellationis non con- iemnendos effectum, poſt alios aſc allegatos, recenſet Sigismundus Scacciad. tract. de appellat. quaſt. 3.

LXXXVI. Colophonem nunc nostra Disputati- oni imponat atdua & in foro frequens haec quæſtio: An ſcilicet quemadmodum in primâ instantiâ, poſt publi- cationem testimoniorum, non admittuntur testes ſuper iſdem vel directo contrarii articulis: ita etiam in ſecun- dâ instantiâ, & in judicio appellationis, iſdem, vel novi testes produci haud poſſint? Et produci minimè poſſe, intrepide concludendum reor: propterea quod non minùs in appellationibus, quam in cauſa principali, ſub- ornatio ſe timenda, per teſtum expreſſum in Clement. 2. ſe- que ult. dateſtibus. At hoc in terris Imperij non usque- quaq;. ſicut nec in Camera observari docet Nobil. Dn. Praes. d. tract. de proces. judic. decad. 19. conclus. 3. n. 10. ex Mynſinger. cent. 1. obſ. 41. Porro quæſtionem pro- pofitam, poſt alios complures ſequatas enodant explicatius Hartmannus Pistor. d. lib. 4. quæſtionum jur. q. 24. & Matth.

Matthias Berlichius part. i. conclusion. practicabil. conclus.
36. pag. 641. & seqq. edit. 2.



Appendix.

Quandoquidem à Principe sive Imperatore appellari non posse, iam dictum est, *suprā conclusion. 36.* haud incommode in questionem vocatur: ecquid saltem à Commissarijs ipsius Imperatoris, & ad quem, appellari queat? Ego sub distinctionis foedere respondendum existimo. Aut enim Commissarij vigore Ordinationis, h. est, secundūm privilegium primæ instantiæ seu Austregarum à Cæsare sunt constituti: aut ad instantiam partium (etiam privatorum hominum) per meram delegationem à Cæsare dati sunt. Illo casu à sententiâ Commissariorum ad Camera Imperialem, immediatè appellari posse, aperte decisum extat, *in Ordinat. Camera, pars. 2; tit. 6. in principio.* Hoc vero casu ad ipsum Imperatorem, tanquam delegantem, causam appellationis esse devolutam, haud sine ratione pleriq; opinantur. Etenim cum hic casus posterior in Ordinatione nō inveniatur expressus: dispositioni juris communis relictus censetur, arg. I. si cum dotem. 22. in princ. ff. soluto matrimonio. I. quicquid astringenda. 99. in princ. ff. de verb. obligat. I. commodissimè. 10. ff. de liber & posthum. hereditib. instis. & I. si extraneus. 6. ff. de condicione. caus. dat. caus. non fec. Atqui jure communia delegato ad delegantem, veleius in officio Successorem, appellari debere, constat. I. præcipimus. 32. §. hac, si appellatio. 3. C. de appellat. I. unic. ibid. glos. in verb. fin. C. qui pro sua jurisdicione. iudices dare, &c. c. super questionum. 27. §. porrò. & glos. ibidem in verb. non ad eum. & §. fin. ext. de offic. & posest. indic. deleg. in ibid. latè Felin. num. 12. & seq. Gail.

Gul. lib. 1. obs. 121. & Clariss. Dn. Hunnius, Praeceptor unice
venerandus, in resolut. ad Treusler. vol. poster. disputat. 33. ih.
6. q. 43. vers. c. à Commissarijs, & p. 655. & seq. Adde am-
plissimum D. Besoldum in Discurs. iuridico-polit. de appellat. c.
4. num. 15. p. 148. edis. 2. Nobil. Dn. D. Praesidem in tract. de
process. iudic. Decad. 18. conclus. 10. n. 9. p. 422. & Ludovi-
cum Gilhausen. in arbor. iudic. civ. part. 3. de appellat. c. 8. num.
23. pag. 597. Atq; hæc pauca, pro ingenij & instituti nostri
ratione, de amplissimâ & in foro frequentissimâ appelle-
lationum materiâ dicta sufficiant.

*Gloria sit tibi, sancte Pater: tibi gratia, Fili:
Sit tibi Spiritui lausq; decusq; sacro.*

Epigramma

*Ad Praestantisimum Virum: Dn. Georg-
Danielem Schautanz &c. Amicum suum hand
postremum.*

Est tibi, SCHAUTANZI, Adfinis, PERAMABILIS illa
VALLIS, amat PRINCEPS quam sine fine tuus,
VALLIS AMABILIS hujus si se tabere gressus:
Par eris Hassiaci fama decusq; soli.

*Johannes Harpprechtus, I.C. & Antecessor
in Acad. Tubing. Ordinarius.*

F I N I S.